

Digitaliseret af | Digitised by



**DET KGL.
BIBLIOTEK**

Royal Danish Library

Forfatter(e) | Author(s):

Waage, Georg Holger.; Respondente D. G. Monrad ; publico eruditorum examini subjiciet Georgius Holger Waage.

Titel | Title:

De ætate articuli quo in symbolo apostolico traditur Jesu Christi ad inferos descensus commentatio

Udgivet år og sted | Publication time and place:
Fysiske størrelse | Physical extent:

Hauniæ : typis ... Janus Hostrup Schultz, 1836
174 s.


DK

Materialet er fri af ophavsret. Du kan kopiere, ændre, distribuere eller fremføre værket, også til kommercielle formål, uden at bede om tilladelse. Husk altid at kreditere ophavsmanden.

UK

The work is free of copyright. You can copy, change, distribute or present the work, even for commercial purposes, without asking for permission. Always remember to credit the author.









3. - 129. EXI

DET KONGELIGE BIBLIOTEK
DA 1.-2.S 38°



1 1 03 0 8 01415 5

eRex





STATE OF NEW YORK
IN SENATE
January 15, 1892

REPORT OF THE
COMMISSIONERS OF THE LAND OFFICE

IN RESPONSE TO A RESOLUTION
PASSED BY THE SENATE
MAY 15, 1891

ALBANY:
J. B. WHITTAKER, STATE PRINTER,
1892.

ALBANY:
J. B. WHITTAKER, STATE PRINTER,
1892.

ALBANY:
J. B. WHITTAKER, STATE PRINTER,
1892.

ALBANY:
J. B. WHITTAKER, STATE PRINTER,
1892.

THE STATE OF NEW YORK
IN SENATE
JANUARY 18, 1887.

REPORT
OF THE
COMMISSIONERS OF THE LAND OFFICE

IN ANSWER TO A RESOLUTION
PASSED BY THE SENATE
MAY 10, 1886.

ALBANY:
PUBLISHED BY
J. B. WOODWARD,
STATE PRINTING OFFICE,
1887.

THE STATE OF NEW YORK
IN SENATE
JANUARY 18, 1887.

REPORT
OF THE
COMMISSIONERS OF THE LAND OFFICE

IN ANSWER TO A RESOLUTION
PASSED BY THE SENATE
MAY 10, 1886.

ALBANY:
PUBLISHED BY
J. B. WOODWARD,
STATE PRINTING OFFICE,
1887.

THE STATE OF NEW YORK
IN SENATE
JANUARY 18, 1887.

REPORT
OF THE
COMMISSIONERS OF THE LAND OFFICE

DE

**ÆTATE ARTICULI,
QUO IN SYMBOLO APOSTOLICO TRADITUR
JESU CHRISTI AD INFEROS DESCENSUS,**

COMMENTATIO,

QUAM PRO SUMMIS IN THEOLOGIA HONORIBUS INTER
PUBLICA SOLLENNIA ECCLESIAE ANTE TRECENTOS
ANNOS IN PATRIA RESTAURATÆ RITE
OBTINENDIS,

RESPONDENTE

ORNATISSIMO S. S. MINISTERII CANDIDATO

D. G. MONRAD,

PUBLICO ERUDITORUM EXAMINI SUBJICIET

GEORGIUS HOLGER WAAGE,

AD ÆDEM BEATÆ VIRGINIS VERBI DIVINI MINISTER.


DIE XXV OCTOBR. H. X.

HAUNIÆ.

TYPIS EXCUDEBAT DIRECTOR *JANUS HOSTRUP SCHULTZ,*

AULÆ REGIÆ & UNIVERSITATIS TYPOGRAPHUS.

MDCCCXXXVI.



*Hanc dissertationem Ordo Theologorum Hauniensium dignam
censet, quæ pro summis in Theologia honoribus rite impetrandis
publico eruditorum examini subjiçatur.*

HAUNIÆ, d. XXI SEPT. MDCCCXXVI.

H. N. Clausen,

h. a. Dec. Fac. Theolog.



Satis vulgaris est sententia, quam, præeunte in *Historia Symboli Apostolici Petro King*, recentiores plerique theologi ¹⁾ amplexi sunt, articulum illum de Jesu Christi ad inferos descensu ad arcendam hæresin Apollinaristicam huic symbolo esse seculo demum 4^{to} insertum. Fuerunt quidem, qui de veritate hujus hypotheseos late propagatæ dubitationis aliquid præ se ferrent, e quibus commemorandi videntur viri doctissimi *Münscher*, in libro, qui inscribitur *Handb. der christl. Dogmengesch. IV. p. 412*, et *Neander* in libro, cui titulum præfixit *Allgem. Gesch. der christl. Rel. u. K. II. p. 923 n. 1*; sed nescio, an nemo accuratiori eam examini subjecerit, cum tamen et per se et ratione hujus temporis, quo novæ de symboli vi et autoritate ortæ sint quæstiones, talis disquisitio non omni pretio debeat videri destituta. Quamobrem hanc operam nobis suscipiendam esse putavimus, nec dubitamus, quin lectoribus probare contingat, quod nobis res ipsa diligenter examinata persuasit, et hypothesin illam Kingianam, utpote quæ levi modo conjectura et ab omni fundamento historico destituta nitatur, omnino esse repudiandam, et eum, quem diximus, articulum, quamquam in plurimis symbolis antiquissimis nobis relictis omissum, antiquitus tamen in sym-

1) Ex recentissimis, qui huic sententiæ suffragati sunt, e. c. nominamus *Knapp* (*Vorlesungen ü. d. Glaubensl. Halle 1827, II. p. 169*), *Tzschirner* (*Vorles. ü. d. chr. Glaubensl. Leipz. 1829. p. 390*), *Hase* (*Lehrb. d. Dogm. Stuttg. 1826. p. 366*). *Hutterus* rediv. 2 Aufl. p. 297), *P. E. Müller* (*Den chr. Kirkes alm. Symboler p. 117*). — Neque tamen, quamquam primus exornavit hanc sententiam Kingius, ipse eam videtur invenisse, quippe quæ jam antea ab *Amando Polano* breviter fuerit proposita (*Syntagm. Theol. Chr. L. VI. c. 21. p. 742. 747. ed. Francof. et Hanov. 1655*).

bolo locum tenuisse. Quibus quæstionibus absolutis aliam deinde proferre conabimur hypothesin, qua explicetur, quæ causa fuerit, quod hic articulus, qui antiquitus in aliis quidem symboli recitationibus legatur, in aliis autem et quidem plurimis desit, temporum successu per universam occidentalem ecclesiam vulgo conservata et tradita suum sibi vindicavit in symbolo locum.

§ 1.

Ad hypothesin illam, quam hic accuratius examinare conabimur, inveniendam, eo delatus est autor, quod hic articulus vulgo existimaretur in publico symbolo primum legi apud Rufinum in Expositione symboli Aquileiense, sub finem sec. 4^{ti} conscripta, testante eodem Rufino in Expos. symb. c. 18, illa verba „descendit ad inferna” neque in ecclesiæ Romanæ symbolo addita haberi, neque in ecclesiis Orientis haberi; cumque hujus additamenti, tunc temporis, ut putabat, adjecti, causam non minus ac aliorum plurimum additamentorum, quæ Rufinus commemorat ¹⁾, in lite aliqua ecclesiastica, ad hæresin aliquam arcendam, sibi fingeret quærendam esse, lis illa Apollinaristica, quæ circa hæc tempora tantos in ecclesia motus excitaret, opportuna illi videbatur ad rem explicandam. Quod ut lectoribus persuaderet, ostendere studuit, illo tempore, cum sectæ aliquot Arianorum, Eunomianorum, imprimis autem Apollinaristarum, aut omnino Christum animam habuisse negarent, aut saltem animam eum rationalem, divinitate in eo mentis vices obeunte, non habuisse contenderent, Orthodoxos inter plura, quæ huic hæresi, non minus impii commenti quam sequelarum perniciosissimarum, opponerent argumenta, quorum cætera artes adversariorum vario modo speciose eludere valerent ²⁾, illud imprimis argumentum, quod e descensu Domini ad inferos peteretur,

1) Expos. symb. c. 3 et 5.

2) Historia symb. Apost. cap. IV. § 66.

“invicti roboris deprehendisse,” toties errori isti opponere imprimis Epiphanium et Theodoretum, “sed magis etiam accurate ac luculenter Athanasium,” quem in eo vim hujus argumenti posuisse videamus, “descensum ad inferos, qui Christo tribuatur, nec divinæ ejus naturæ posse adscribi sine impietate, nec corpori ipsius sine absurditate, necesseque adeo esse, ut humanam habuerit animam, ad quam pertineat ille descensus, quaque adeo descendere, ut cæteri mortales, potuerit 1);” ideoque, “cum non credere non possimus, quin promptissima remedia atque antidota illi errori opponere voluerint, valde esse verosimile, hoc ipso fine eos Symbolo sive fidei regulæ, quam baptizandi sese amplecti faterentur, articulum istum “descendit ad inferna” inseruisse, significantes: animam ejus a corpore separatam ad commune animorum humanorum, corpore solutorum, ivisse domicilium.” 2)

At vero, si inquirimus, qua ratione probare studeat, talem re vera gravitatem attributam esse huic argumento, ut etiam ad fidei formulam baptismalem commutandam vim exercuisse existimandum sit, ita modo versari eum videmus, ut partim locum quendam e dialogis Theodreti proferat, in quo cum alter dixisset, se ad refutandum illud commentum, quod Christus corpus anima destitutum assumeret, divinæque ejus natura partes animæ obierit, tela petiturum ex variis scripturæ locis, maxime autem ex Hymnographi isto: “non derelinques animam meam in inferno, nec patieris, sanctum tuum videre corruptionem,” alterum respondentem facit autor: *ἀπομοδίως μὲν ἄγαν, καὶ εὐγνωμονῶς τὰς μαρτυρίας παραγάγεις* 3), partim loca nonnulla ex Athanasii duobus adversus Apollinarem conscriptis libris, de incarnat. et de salut. adv. excitet 4).

1) *ibid.* § 67.

2) *ibid.* § 66.

3) *ibid.* § 67 initio.

4) *ibid.* § eadem.

Jam vero quod ad illum Theodoretī locum attinet, per se patet, tale in ficto dialogo dictum nihil aliud ostendere, quam ipsum autorem huic argumento vim aliquam tribuisse; quantam vero vim ei tribuerit et per se et cum cæteris ab ipso adhibitis argumentis comparato, non ex uno loco, sed modo ex diligentiori scriptorum ejus huc pertinentium pertractatione apparere poterit; nec si eum maximi illud æstimasse pateat, inde probatum est, omnes ita æstimasse. Huc autem accedit, quod locus ipse falso citatus est, non eo solum respectu, quod non legitur in dialogo a Kingio indicato, sed in alio quodam dialogo Theodoretī, in Opp. ejus Tom. IV. p. 74 ed. Sirmond. Par. 1642. obvio, verum etiam hoc respectu, quod ne sensum quidem loci recte retulit Kingius. Verba enim hæc sunt. Respondet Eraneus ad interrogationem propositam: ἐκ της θειας γραφης τας ἀποδειξεις προφερων, και δεικνυς ὡς ε̄ σαρκια μονην ἄλλα και ψυχην ὁ θεος λογος ἀνελαβεν. Orth. και ποιας ἐν τη γραφη τοιαυτας εὐρησομεν ἀποδειξεις; Eran. ουκ ἤμειςας τε κυριε λεγοντος· ἐξισιαν ἔχω θειναι την ψυχην με, και ἐξισιαν ἔχω παλιν λαβειν αὐτην. τιθημι αὐτην ἀπ' ἐμαντε, ινα παλιν λαβω αὐτην. Και παλιν· ἡ ψυχη με νυν τεταρακται. Και αὐθις· περιλυπος ἐστιν ἡ ψυχη με ἕως θανατε. Και το παρα τε Δαβιδ εἰρημενον και παρα τε Πετρος ἠρμηνεμενον· ὅτι ἐκ ἐγκατελειφθη εἰς ἄδε ἡ ψυχη αὐτε, ε̄τε ἡ σαρξ αὐτε εἶδε διαφθοραν. Ταυτα και ὅσα τοιαυτα σαφως δεικνυσιν, ὡς ε̄ σωμα μονον, ἄλλα και ψυχην ὁ θεος λογος ἀνελαβεν. Orth. ἀρμοδιως μεν ἀγαν &c. Quibus verbis perlectis, satis apparet, neque majorem vim autorem tribuere effato illi Hymnographi quam cæteris scripturæ effatis ab ipso propositis, neque vim argumenti illius loci Davidici in descensu ad inferos ejusdemque ratione quærendam esse, sed in voce *animæ*, omnibus his effatis communi; id quod eo etiam insuper confirmatur, quod deinde, ad argumentum ex his locis petitum labefactandum, objicitur, in scriptura etiam (Es. 2.) *animam* commemorari ipsius Dei.

Loca vero ex Athanasio citata ostendunt quidem, eum hoc argumento adversus Apollinaristas usum esse, sed non probare possunt, quod autor probari vult, quoniam verba e contextu erepta nihil continent, unde appareat, utrum istud argumentum majoris an minoris æstimaverit ipse Athanasius, quam cætera, quibus uteretur, argumenta; quin etiam, si vel maximi eum æstimasse, inde pateret, ille tamen unus modo esset testis, (quod enim ab Epiphano, quem Kingius excitat in eadem § 67, in Hæresi 77^{ma} ex hoc dogmate disputatur, ab Athanasio, cujus epistolam ad Epictetum ibi recepit, desumptum est, ad eundemque igitur referendum) necdum probaretur, cæteros illius temporis doctores ecclesiæ eandem vim isti argumento tribuisse. Reliquerunt autem libros contra Apollinaristas conscriptos, præter Athanasium, Epiphanius, uterque Gregorius, Nazianzenus et Nyssenus, Ambrosius Mediolanensis, Chrysostomus, Theodoretus, nec non passim in scriptis suis contra Apollinaristas disputarunt Theophilus Alexandrinus, Philastrius, Augustinus, Cyrillus Alexandrinus. Horum demum scriptis accurate perlustratis, pro certo judicari poterit, quam sæpe sit adhibitum illud argumentum, et quomodo; quæ vis ei tributa sit, et a quibus; gravissimum sit habitum, ane aliud forte argumentum fuerit, cui priores partes datas esse concedendum sit. Igitur mihi hac de re disputaturo optimum et quidem necessarium visum est, quantum fieri potuit breviter, continuum exhibere argumentum illorum scriptorum locorumque huc pertinentium, unde spero fore, ut appareat, non vulgo adhibitum esse istud argumentum, rarius etiam tamquam argumentum per se, maxime vero ad uberiores alius cujusdam argumenti expositionem, et hoc quidem argumentum, a ratione salutis perfectæ per Christum reparandæ petatum, ubique nobis tamquam gravissimum ad errorem Apollinaristarum confutandum occurrere. Quod si cui nimis longum et ad tædium facessendum videatur aptum, hoc modo habeo, quod respondeam, sententiam multis acceptam annisque corroboratam non facile labefactari, nisi satis

luculenter demonstretur omni carere fundamento. Quare patientia lectorum fretus rem aggrediar.

§ 2.

Primus nobis occurrit *Athanasius*, cujus inter scripta tria huc pertinent: *Epistola ad Epictetum*, *De incarnatione Domini nostri Jesu Christi, contra Apollinarium*, *De salutari adventu Jesu Christi, et adversus Apollinarium*, quorum primum a. 371, reliqua duo a. 372 exarata habentur. Antequam vero ad argumenta horum scriptorum exponenda nos accingimus, silentio non prætereundum videtur, Walchium (*Entwurf einer vollst. Hist. der Konz. III. p. 171-172*) probare voluisse, epistolam ad Epictetum non esse adversus Apollinaristas scriptam, libros vero *De incarn.* et *De salut. adv.*, quamquam inscripti sint „contra Apollinarium,” tamen cum Apollinaris nomen in illis non disserte commemoretur, huc non posse certo referri. „Bei diesen Umständen, inquit, sehen wir uns genöthiget, Athanasium aus der Zeugenrolle ganz auszustreichen, weil wir nicht zuverlässig wissen, daß der große Krieger den Apollinarem zu seinem Gegner gehabt, ja nicht einmal, daß ihm bekannt gewesen, der letztere sey in Irrthum gefallen.” *Contra Epist. ad Epict.* monet, *primum*, quod in ea nomen Apollinaris nullibi invenitur; *deinde*, quod de erroribus jam tum Corinthi sparsis sermo est; *postea*, quod dogma gravissimum de mente Christo denegata non commemoratur; *tum*, quod alia dogmata commemorantur, quæ Apollinari non certo tribui possint; *denique*, quod Epiphanius hanc quidem epistolam in hæc. 77 recepit, et tamquam refutationem Dimoeritarum sive Apollinaristarum existimavit, non vero dissertis verbis dixit, eam adversus hos esse ab Athanasio scriptam. Ad hæc vero responderi potest, ad *1^{um}*: si Apollinaris dogmata in epistola illa refutata invenimus, nihil ad rem facere, quod nomen ejus non sit in ea commemoratum. Etenim quod nomen ejus omissum est, ejus rei causam in eo facile suspicabimur positam esse, quod sibi pudori simul et damno esse

intelligerent Orthodoxi, quod talis fidei orthodoxæ propugnator in talem tamque perniciosum abiisset errorem, quare etiam Epiphanium videmus magna cum lenitate Apollinarem tractare, metuentem, ne illi injuste imputet, quæ minus intellecta a sectatoribus ejus circumferantur; eos vero errores, qui vulgo Apollinaristis tribuebantur, modo non omnes, illum ante oculos habuisse, facile apparebit, si ea, quæ c. 2^{do} valde indignatus adversariorum commenta impia enumerat, cum iis comparabimus, quæ Apollinaristis ab Epiphanio et Gregorio Nysseno imputantur. Ad 2^{dum}: si non multo post Apollinaris dogmata Romæ sunt damnata, non mirum esse, quod hoc jam tempore Corinthi nota fuerint. Ad 3^{tium}: quod hac epistola Apollinaristas refutare voluerit autor, inde non sequi, ut omnes errores hic sibi sumserit refutandos, idque eo minus, cum ex cap. 2^{do} appareat, eum commentariis quibusdam ab Epicteto sibi missis ad has literas scribendas commotum esse, quo fit, ut alia dogmata refutare voluisse non possit existimari, quam quæ in istis commentariis continentur, quos etiam respiciens cap. 4^{to} ipse dicat, se ab illo errore, ὁμοιοσιον εἶναι το σωμα της τε λογε θεοτητος, velle incipere, ἵνα τετε δεικνυμενε σαθρε, και παντα τα ἄλλα (sc. quæ in illis inveniantur commentariis dogmata) τοιαυτα δειχθη, hunc vero errorem non minus tribui Apollinari, quam mentis in Christo abnegationem, certum esse. Ad 4^{tum}: Epiphanium ipsum 1) monere, plura forsitan minus intellecta a discipulis Apollinaris spargi, quæ illi non vitio vertenda sint; id vero Corinthi facile accidere potuisse, neminem esse, quin videat. Huc etiam accedere, quod ex ipsa epistola pateat, Athanasium errores adversariorum non verbis ipsorum referre, ideoque verosimiliter iis per consequentiam talia tribuisse, quæ ipsi re vera docere non voluerint, (quod, ut unum afferam exemplum, in hoc saltem ei accidisse videtur, cum inde quod „corpus ex Maria genitum Verbi divinitati consub-

1) Hæres. 77. c. 2 et 18.

stantiale esse" docerent, iis hanc doctrinam imputaret, „Verbum esse in ossa, carnem et capillos mutatum”) nam initio c. 3^{tii} ταυ-
τα, inquit, ἦν ἐν τοῖς ὑπομνημασι, διαφορῶς μὲν εἰρη-
μενα· μίαν δὲ τὴν διανοίαν, καὶ τὴν αὐτὴν ἔχοντα πρὸς
ἀσεβείαν βλέπεσαν δυναμιν. Ad 5^{tum}: auctoritatem Epipha-
nii hac in re magni esse aestimandam, qui hanc epistolam in
disputationem de hæ. Apoll. certe non recepisset, nisi exi-
stimasset, illam ab autore ipso contra eosdem esse exaratam,
id vero notum eum habere potuisse, non est, quod dubite-
mus; nec hanc fuisse Epiphaniæ solius et seniorum, qui eum
secuti sint scriptorum, sed vulgarem fuisse jam proximo tem-
pore sententiam, eo etiam confirmatur, quod Cyrillus Alex-
andrinus, in Epist. I. ad Succensum, ubi crimen Apollinaris-
mi a se avertere conatur, narrat, hanc epistolam Athanasii
ad Epict. asseclas Nestorii contra se adulterasse, ideoque se
exemplar ejus, secundum autographum Alexandriae existens
confectum, mittere. Huc accedit, quod Athanasius ipse cap.
1^{mo} ita describit adversarios, ut, enumeratis deinde erroribus
eorum, non facile in aliam ullam sectam verba ejus conve-
niant: ἐγὼ μὲν, inquit, ἐνομιζον πᾶσαν ματαιολογίαν παν-
των, ὅσοι δηποτεν εἰσιν αἰρητικοὶ, πεπαισθαι ἐκ τῆς γε-
νομένης ἐν Νικαίᾳ συνόδου... εἰ μὲν ἐν ἐκ Ἀρειανῶν
εἰσιν, ἔδεν θαυμάζον... εἰ δὲ τῶν δοκούντων ὀρθῶς πι-
σευεῖν, καὶ ἀγαπᾶν τὰ δηλωθέντα παρὰ τῶν πατέρων
εἰσιν &c. Eodem modo quoque libros de incarn. et de sal.
adv. adversus Apollinaristas scriptos esse facile probatur, in
quibus pluribus locis ab Arianis (de inc. c. 5. 10. 12. 15;
de salut. adv. c. 11. 14), a Valentinianis (de inc. c. 11, de
sal. adv. c. 12), denique (de salut. adv. c. 19) a Marcione,
Manichæo, Valentino, Paulo Samosatensi, Photino, Ario di-
serte discernuntur adversarii, nec non (de salut. adv. c. 12)
tamquam οἱ τοίνυν τῆς ὁμοεσιότητος τὴν ὁμολογίαν προὔπ-
ισχημένοι describuntur, quæ quidem verba rationem Apol-
linaris ante et post errorem ejus palam indigitant. Neque
mihi constat, hanc Walchii sententiam esse vulgo acceptam;

Neander saltem (*Allg. Gesch. d. chr. N. II. p. 922*) libros, quos dixi, tamquam adversus Apollinarem scriptos citat. Ea vero de causa hæc attuli, ut essent documento, quam temere etiam a viris doctissimis fides habita sit hypothese illi Kingianæ, cum notarem, eundem illum Walchium, qui Athanasium e numero eorum, qui contra Apollinaristas pugnarunt, omnino sublatum velit, conjecturæ tamen Kingii non solum suffragari, sed etiam latius eam extendere ¹⁾, haud memorem, locis eam ab his iisdem Athanasii libris petitis præcipue esse superstructam, eiusque igitur testimonio subtracto tantum non omnino ruere.

§ 3.

His præmissis libri illi *Athanasii* nobis sunt recensendi, et quidem primum *Epistola ad Epictetum*.

Postquam, ut supra monuimus, *cap. 1* mirari se dixerit, homines fidei nicænæ addictos novas quæstiones ad nihil utiles moliri, *cap. 2* errores eorum, quos ex commentariis quibusdam ab Epicteto sibi oblatis cognoverat, magna cum detestatione enumerat: quod corpus ex Maria genitum Verbi divinitati sit consubstantiale, aut Verbum sit in carnem, ossa, capillos mutatum; quod Dominus fictum, non verum gestaverit corpus; quod circumcisio, passio, crucifixio ad deitatem patri consubstantialem referendæ sint; quod non ex Maria sed ex sua ipsius substantia Verbum sibi passibile corpus formaverit; quod, qui dicerent ex Maria esse dominicum corpus, illos non amplius trinitatem sed quaternitatem in deitate docere contenderent; quod corpus domini sit coæternum divinitati; quod duo sint Christi, alter deus filiusque patris, alter hominis filius, qui passus sit et crucifixus; quodque in Sanctum hominem non aliter venerit Verbum quam in unum ex Prophetis. *Cap. 3* lenitatem Epicteti admi-

1) Entw. einer v. Hist. d. Ketz. III. p. 190. 219.

ratus, quod talia spargentes ferret, hos se errores, quamquam per se impietas eorum pateat, tamen ne animi adversariorum perpetuo silentio crescant, refutare velle indicat, si forte ad meliora reducere possit. *Cap. 4* igitur hanc refutationem a commento illo de corporis Christi cum divinitate consubstantialitate incipiens, *hoc capite nec non capp. 5^{to} et 6^{to}* ostendit, hanc doctrinam adversari et fidei Nicænae, et dignitati Dei immutabilis (idem enim esse, ac si Verbum in ossa, carnem et capillos mutatum sit), et incarnationis consilio (non enim Deitatem se ipsam assumpsisse, ut quod sibi esset consubstantiale indueret, neque peccasse Verbum, quod aliorum peccata esset redempturum, ut mutatum in corpus se ipsum pro seipso in sacrificium offerret ac seipsum redimeret, sed nostra causa nostrum assumpsisse corpus), adversari denique iis, quæ in scriptis de nativitate Christi ex Maria exstant, quæque de salvatore circumciso, gestato, edente, bibente, laborante, cruci affixo et patiente tradita sunt, quæ non ad Dei Verbum impassibile et incorporeum referri possint, sed ad corpus; maxime autem absurditatem eorum, qui dicerent Verbum in ossa et carnem mutatum esse, ex descensu ad inferos patere: *τετο (sc. σωμα) ἦν ἐν τῷ μνημείῳ τεθεν, ὅτε αὐτός ἐπορευθῆ κηρυξάι καὶ τοῖς ἐν φυλακῇ πνευμασιν, ὡς εἶπεν ὁ Πέτρος, ὁ μαλιζα δεικνυσι τὴν ἀνοίαν τῶν λεγοντων, εἰς ὄξεια, καὶ σαρκὰ τετραφθαι τὸν λόγον. εἰ γὰρ τετο ἦν, ἐκ ἦν χρεία μνημεισ. αὐτο γὰρ ἂν ἐπορευθῆ δι ἑαυτε το σωμα κηρυξάι τοῖς ἐν τῷ ἄδη πνευμασι. νυν δε αὐτος ἐπορευθῆ κηρυξάι το δε σωμα, εἰλιξας Ἰωσηφ σινδονι, ἀπεθετο ἐν τῷ Γολγαθα, καὶ δεδεικται πασιν, ὅτι μὴ το σωμα ἦν ὁ λόγος, ἀλλὰ σωμα ἦν τε λόγος. καὶ τετο Θωμᾶς ἀναξαν ἐκ νεκρῶν ἐψηλαφησε &c.* Quæ vero humanum corpus Verbi pateretur, hæc Verbum, quod corpori conjunctum esset, ad se referre, *ἵνα τῆς τε λόγος θεοτητος μετασχεῖν δυνηθωμεν.* Ita enim ad consilium sese convertens incarnationis, hæc ideo facta esse, *ἵνα τα ἡμῶν αὐτος δεχομε-*

νος, και προσενεγκων εις θυσιαν, εξαφάνιση,
 και λοιπον τοις εαυτε περιβαλων ημας, ποι-
 ηση τον αποσολον ειπειν· δει το φθαρτον
 τετο ενδυσασθαι αφθαρσιαν, και το θνητον
 τετο ενδυσασθαι αθανασιαν — nec ita modo facta
 esse, sed necessario fieri debuisse, ut ad veram salutem pa-
 randam verum hominem, et quoad corpus et quoad animam,
 indueret, *cap. 7* ita ostendere pergit: ε̄ θεσει δε ταυτα εγε-
 νετο, ως τινες παλιν υπελαβον, αλλ' ο̄ντως ανθρωπε
 αληθεια γενομενε τε σωτηρος ο̄λε τε ανθρωπε σωτηρια
 εγενετο, ει γαρ θεσει η̄ν εν τω σωματι ο̄ λογος, το δε
 θεσει λεγομενον φαντασια εσιν, ευρισκεται δοκησει και η̄
 σωτηρια και η̄ ανασασις των ανθρωπων λεγομενη, κατα
 τον ασεβεσατον Μανιχαιον. αλλα μην ε̄ φαντασια
 η̄ σωτηρια γεγονεν η̄μων, ε̄δε σωματος μουε,
 αλλ' ο̄λε τε ανθρωπεε, ψυχης και σωματος
 αληθως εν αυτω η̄ σωτηρια γεγονεν. His adji-
 cit, ad uberius confutandos eos, qui dicerent, Verbum in ossa
 et carnem mutatum esse, *Luc. 24, 39*, ubi Christus se non
 σαρκα και ο̄σᾱ ο̄ντα, sed ε̄χοντα dicat. *Cap. 8*, illustrato
 sensu illorum verborum: ο̄ λογος σαρξ̄ εγενετο ex *Gal. 3,*
13 (γενομενος υπ̄ερ η̄μων καταρα, quod non significaret
 „maledictum vere factus,” sed „maledictum pro nobis susci-
 piens”) monet, si corpus divinitati dicitur consubstantiale,
 trinitatem in quaternitatem transire, hunc vero errorem falso
 adversarios crimini dare Orthodoxis, qui docerent, Verbum
 divinum corpus e Maria suscepisse, cum hi, hoc docentes,
 nihil dicerent ad trinitatem accessisse, contra vero uberrimam
 accessionem evenisse corpori humano, quod ex mortali fac-
 tum esset immortale, ex carnali spirituale &c. Deinde *cap.*
10 ex *Matt. 1, 23* et *Rom. 9, 5* refutatis illis, qui dicerent,
 eum, qui ex Maria prodiit, nec Christum, nec Deum, nec
 Dominum esse, *cap. 11* inter Jesum et Mosen caeterosque
 prophetas instituta comparatione, ex verbis ο̄ λογος σαρξ̄
 εγενετο eorum insaniam demonstrat, qui jactent, non aliter

ἐπι ἓνα τινα ἄνθρωπον ἐκ Μαρίας advenisse Verbum ac ἐφ' ἑκάστον των προφητων. His demum ita disputatis, *cap. 12* cum adjunxerit, illa commenta eo tendere, ut Arianorum more gloria detrectetur Domini, quem adorent fideles, filium a Verbo non dividentes, sed ipsum Verbum esse filium, per quem omnia facta sint et per quem nos redempti simus, agnoscentes, bene precatu literas concludit.

Utitur igitur autor in hac epistola argumento isto descensus ad inferos, non tamen ad refutandos in universum adversarios, sed ad ostendendam eorum insaniam, qui dicerent, εἰς ὅσα καὶ σαρκὰ τετραφθαι τον λογον, quam doctrinam modo per consequentiam iis tribuisse videtur, eoque argumento semel modo utitur, cum contra repetitis vicibus, et ante et post, ad veræ incarnationis consilium eiusque ad veram hominis et quidem totius hominis salutem parandam necessitatem lectores ableget, ne dicam cetera argumenta a ratione et sacra scriptura petita. Minoris quidem momenti habendum est, quod tamen ultro se offerre videtur, quod illud argumentum hic non adhibetur ad animæ servatoris veritatem sed corporis demonstrandam; si enim hac in re quoque erraverunt Apollinaristæ, etiam hujus rei respectu habito in symbolum receptus esse hic articulus existimari potest, quamquam hoc in hypothesis illa non est.

§ 4.

Transimus jam ad reliquos duos *Athanasii* libros supra commemoratos, qui vulgo contra *Apollinarium* inscribuntur, quorum prior est *de incarnatione Dom. n. Jesu Christi, contra Apollinarium*.

Cap. 1 causa scribendi proposita, *cap. 2* errores adversariorum recenset et, quas contra doctrinam orthodoxam movebant objectiones, easdem fere ac in epistola ad Epict., accuratius tamen expressas, adjectis etiam non paucis, ut omnino hæc convenient cum iis, quæ ab Epiphanio et Gregorii, certissimis hac in re testibus, tradita sunt: quod in

commentis eorum sit, aut mutationem subiisse Verbum, aut passionis dispensationem esse phantasiam; quod dicant, carnem Christi coelestem esse consubstantialem Deitati, interioris hominis vice mentem coelestem infuisse Christo, et organi instar eum figura, qua induebatur, usum esse; non potuisse eum hominem esse perfectum, quoniam ubi homo perfectus, ibi peccatum, neque duo perfecta unum fieri posse; si Christus in se assumserit idem, quod in nobis cogitat et carnem agit, eandem in eo esse peccati pugnam, eandem purgationis indigentiam; igitur carnem absque mente assumpsisse, ut ipsa divinitas, peccati expers, ea esset, quæ in illo cogitaret et carnem ageret, ut in omnibus peccati expers maneret; quare novitatem carnis quidem similitudine exhibuisse Christum, novitatem vero partis nostræ rationabilis quemque in se ipso exhibere per imitationem et similitudinem et a peccato abstinentiam. *Cap. 3* ad refutationem accedit, rationemque refutandi indicans, „se velle proponere, inquit, *την τῆ θεῶ εὐδοκίας τὴν θελήσιν... καὶ τῆς ἀληθεῶς οἰκονομίας τὴν συμπληρωσιν, καὶ τῆς τελειοτατῆς εὐεργεσίας τὴν χάριν*, eorumque explorare mentem, num propheticis prædictionibus, apostolicis institutionibus, patrumque traditionibus consonent,” quibus ipsis ex verbis mihi quidem jam sequi videtur, ut argumentum illud ab incarnationis ratione petitum summum sit auctori, et ut argumento a descensu gravissimam non velit vindicari auctoritatem, id quod ex sequentibus apparebit. Refutatio igitur hæc est: (*Cap. 3*) Si caro Christi increata dicitur, cum sola trinitas deitatis *increata sit*, aut passionis, mortis, resurrectionis oeconomiam phantasiam esse, aut in Divinitatem, has mutationes perpessam, proferri blasphemiam. (*Cap. 4-6*) Si Christi caro *increata facta esse* dicitur, quod unita sit cum increato Domino, ipsum respondere, increato adscribere incrementum, impium esse (Christum vero Bethlehemem natum, ætate et statura incrementum cepisse); nec creatum, quia cum increato conjungatur, ideo ipsum fieri increatum; quodsi corpus Christi

increatedum dicitur, in desperationem cadere gentem humanam in infirmitate degentem, quoniam nulla sit ei cum deo cognatio, evanescatque gratia; (cap. 5) divinitatem modo increatam esse, ossa vero et sanguinem, nec non animum dolentem, perturbatum, anxium ad divinitatis naturam non pertinere, sed a divinitate esse ad salutem hominum assumptam: *ἴδια δε θεε κατα φυσιν γερονεν, εὐδοκησαντος τε λογε ἀνασχεσθαι γενησεως ἀνθρωπινης, και την εἶντε ποιησιν την ἐν ἁμαρτια και φθορα και θανατω διαχυθεισαν, ἐν εἶντω συζησασθαι ἐν εἰκονι καινοτητος. (Cujus salutis rationem ita deinde describit: διο, της μεν ἁμαρτίας την κατακρισιν ἐπι γης ἐποιησατο, της δε καταρας την καθαιρεσιν ἐπι ξυλε· της τε φθορας την ἀπολυτρωσιν ἐν τῷ ταφῷ και τε θανατῷ την καταλυσιν ἐν τῷ ἄδῃ παντι ἐπιβας τοπῷ, ἵνα τε συμπαντος ἀνθρωπου την σωτηριαν κατεργασηται, μορφην της ἡμετερας εἰκονος ἐν εἶντῷ ἐπιδεικνυμενος ¹⁾). ἐπει τις ἦν χρεια θεῷ γενησεως της ἐκ γυναικος ἀνασχεσθαι; ἀνξησεως δε τε ἡλικίας και ἐτων ἀριθμησεως τῷ ποιητῇ των αἰωνων; ἢ παλιν ξανος, ἢ ταφῆ, ἢ ἄδῆ, οἷς ἡμεῖς ὑποπεπτωκαμεν· εἰ μη ἡμας ἐζητει, δια της καθ' ἡμας μορφης ζωοποιων ἡμας και εἰς ὁμοιωσιν και μιμησιν τελείας εἰκονος προσκαλεμενος; μιμησις δε πως ἂν γενοιτο προς τελειότητα, μη προὔπαρξα-*

1) Descensus ad inf. hic commemoratur, non tamen ut argumentum per se, sed ad exponendum argumentum illud, quod, si homini salus paranda esset, Deus ipse necesse esset, totam hominis naturam in se susciperet, et hac assumptione renovaret, omnesque hominis obiret vices, et humanam naturam in se sisteret a peccato et peccati poena incolumem. Tamquam argumentum per se in illis modo locis existimari potest, ubi ex ratione et conditione ipsius descensus concluditur, animam humanam habuisse Dominum, v. c. cap. 14: *πως ἐκει παρων ὁ κυριος ἀσωματος ὡς ἀνθρωπος ἐνομισθη ὑπο τῷ θανατῷ; cfr. expositionem argumenti apud Kingium § 66 sub finem.*

σης της ἀνενδεῆς τελειότητος;) (Cap. 6) Mortem denique testimonio esse, quod corpus non sit increatum, quod enim increatum, idem immortale. Hoc cap. deinde refutat incriminationem Apollinaristarum, quod Catholici, adorantes corpus Christi, creaturam adorarent: se non adorare corpus, nisi quod sit corpus Verbi ab hoc indivisibile; iterumque ad mortem Domini rediens, his verbis concludit: *καὶ ὅλη της γεννησεως και τε θανατε ἢ πραγματεια, εἰς την ἡμετεραν ζητησιν και ἀνακτησιν θεωρηται.* Cap. 7 pergit in ostendendo, quam absurdum sit dicere, Christi corpus de coelo esse, quippe cum nulli fuisset generi humano beneficio, id, quod erat invisibile, visibile reddere, immortalate reddere mortale, ideo vero Christum venisse, ut, humana natura indutus, deus simul et homo, quam carnem Adam peccati expertem accepisset, sed peccato suo peccati capacem fecisset, eandem sisteret natura peccati innoxiam, *ἵνα δεῖξη τον δημιουργον ἀναιτιον της ἁμαρτιας... ἵνα αὐτος ἦ της ἀμαρτησιας ἢ ἐπιδειξις. ματην ἐν φανταζονται οἱ ἀλωμενοι, και ἐξ ἔρανε λεγοντες το τε κυριε σωμα. καιτοι ὁ Αδαμ ἐξ ἔρανε ἐπι την γην κατενηνοχε, Χρισος ἀπο γης εἰς ἔρανε ἀνεννηνοχε, και ὁπερ Αδαμ ἀναμαρτητον και ἀκαταδικασον εἰς φθοραν και καταδικην κατενηνοχε, Χρισος τετο ἀφθαρτον και λυτηριον θανατε ἀνεδειξεν ὡσε ἐχειν ἐξεσιαν ἐπι της γης ἀφιεναι ἁμαρτιας, ἐκ δε ταφε την ἀφθαρσιαν ἐπιδεικνυσθαι, και ἐν ἐπιβασει ἀδε λυειν θανατον, και εὐαγγελισασθαι πασιν την ἀναξασιν. ὅτι ἐκτισεν ὁ θεος τον ἀνθρωπον ἐπι ἀφθαρσια, και εἰκονα της ἰδιας ἀἰδιοτητος ἐποιησεν αὐτον ¹⁾.* Cap. 8 idem probat ex eo, quod Christus dicitur non modo homo sed etiam hominis filius, qua voce ortum ejus ab Adamo significari. Cap. 9-12 ubi ostendit, si dicatur caro de coelo Deo consubstantialis venisse, quaternitatem pro trinitate statui, et aut mortem Christi negari, aut blasphemias

1) De hoc loco idem valet.

cumulari deitatem, his demum concludit verbis: ὁ λογος δε σαρξ ἐγενετο, ἐκ ἵνα ὁ λογος μηκετι ἦ λογος, ἀλλ' ἵνα ἐν σαρκι ἦ ὁ λογος, σαρξ ἐγενετο, ἵνα και ὁ λογος ἄει ἦ λογος, και σαρκα ἐχη ὁ λογος, ἐν ἣ το παθος και τον θανατον ἀνεδεξατο ἐν μορφη τη ἀνθρωπινη, μεχρι ταφης και ἄδε ἐπιβας, ἐν ἣ και την ἀνασασιν την ἐκ νεκρων πεποιηται, σαρκος και αἱματος και ψυχης την ἐπιδειξιν ποιησαμενος ὁ θεος λογος, δια ἰδιας και ἀδιαιρετης σαρκος, ὡς γεγραπται, ἐκ σπερματος Δαβιδ.

Cap. 13 ad alterum errorem, quod Christus pro mente humana mentem habuerit coelestem, refutandum transit: mentem coelestem in aliis quoque fuisse v. c. in prophetis, sed unum esse Christum, deum eundem et hominem; non valere eam hominis divisionem, quam proferant Apollinaristæ, ut caro et anima sint exterior homo, mens interior, quoniam anima neque conspici neque occidi possit, igitur animam esse hominem interiorem, id autem et prima formatione et sequenti dissolutione palam fieri, neque in nostra modo sed etiam in Christi morte: το μεντοι (sc. σωμα), μεχρι ταφης φθασαν ἡ δε (sc. ψυχη) μεχρι ἄδε διαβασα. διαιρετων δε ὄντων των τοπων πολλῳ τῳ μετρω, και τε μεν ταφης σωματικην ἐπιδεχομενε την ἐπιβασιν, ἐκεισε παρην το σωμα τε δε ἄδε ἄσωματον. (Cap. 14) Πως ἐκει παρων ὁ κυριος ἄσωματως ὡς ἀνθρωπος ἐνομισθη ὑπο τε θανατες; ἵνα ψυχαις ταις ἐν δεσμοις κατεχομεναις, μορφην ἰδιας ψυχης ἀνεπιδεκτον ὡς δεκτικην των δεσμων τε θανατες παρασησας, παρσαν παρσαις, διαρῶρηξη τα δεσμα ψυχων των ἐν ἄδη κατεχομενων¹⁾, τον της ἀνασα-

1) His verbis Πως ἐκει παρων — ψυχων των ἐν ἄδη κατεχομενων ex descensu ad inf. tamquam argumento per se disputat, sed, ut satis apparet, modo obiter, quin etiam ita, ut cogitationum series his interjectis verbis, πως ἐκει παρων ὁ κυριος ἄσωματως ὡς ἀνθρωπος ἐνομισθη ὑπο τε θανατες, quorum vis poetica potius

σεως διαπηξάμενος ὄρον, ἵνα ὁ πλασης καὶ ποιητής τε ἄνθρωπος, καὶ καταδικη τῶν ὑποβαλῶν, αὐτὸς παρῶν, ἐλευθερωσῆ δι' ἑαυτὸ ἐξ ὀλοκλήρου τὸν ἄνθρωπον, ἐν μορφῇ τῇ ἑαυτῶ. ἔτε γὰρ θάνατος ὑπερισχύσας ὑπηγάγετο ἑαυτῶ τὴν ἀνθρωπίνην τε λογικὴν ψυχὴν εἰς δεσμῶν κατοχὴν. ἔτε παλιν ἢ φθορὰ τυραννικῶς διαρπασασα τὸ σῶμα ἐνεργεῖ εἰς διαφθορὰν, ὡς ἀπρονοητῶν ὄντων τῶν πραγμάτων. ἔτως γὰρ ἐννοεῖν τὸ τοῖστον, ἀσεβες, ἀλλ' ὁ τὴν ἐξέτασιν τῆς παρακῆς ποιήσας καὶ κρίσιν ἐπαγαγὼν, διπλὴν τῆς τιμωρίας τὴν ἀποφασίν δέδωκε· τῶ μὲν γῆιν εἰρηκῶς, γῆ εἶ, καὶ εἰς γῆν ἀπέλευσῆ. καὶ ἔτως ὑποδέχεται φθορὰ τὸ σῶμα, δεσποτῶ ἀποφηνάμεν· τῇ δὲ ψυχῇ, θάνατῶ ἀποθανῆ· καὶ ἔτως διχῆ διαίρεται ὁ ἄνθρωπος, καὶ ἐν δύο τοποῖς οἰχέσθαι καταδικάζεται. διὰ τῆτο χρεία γεγὼνε τε ἀποφηνάμενε, ἵνα αὐτὸς δι' ἑαυτῶ λύσῆ τὴν ἑαυτῶ ἀποφασίν, ἐν μορφῇ τε καταδικασθέντος ἀκαταδικασῶ καὶ ἀναμαρτητῶ ὀφθῆις, ἵνα καὶ ἡ καταλλαγῆ τε θεῶ πρὸς τὸν ἄνθρωπον γενῆται, καὶ ἡ ἐλευθερία τε παντὸς ἄνθρωπος δι' ἄνθρωπος ὑπαρξῆ, ἐν τῇ καινοτητι τε εἰκόνος τε υἱῶ αὐτῶ Ἰησοῦ Χριστοῦ τε κυριοῦ ἡμῶν. Εἰ δὲ καὶ ἕτερον τόπον καταδικῆς δεῖξαι δυνασθε, εἰκοτῶς ἂν λεγοῖτε τριχῆ διαίρεσθαι τὸν ἄνθρωπον, καὶ ἐκ μὲν τῶν δύο τοπῶν τὴν ἀνακλήσιν γεγόνεαι, ἐν δὲ τῶ τριτῶ μὲνειν ἐν δεσ-

habenda est quam dogmatica, interrumpatur; cæterum non magis ex descensu ad inferos quam ex sepultura, quibus duobus mors hominis describitur, disputat, ut ex ratione mortis humanæ una cum consilio incarnationis perfectam toti homini salutem parandi, demonstret, falsam esse illam triplicem naturæ humanæ divisionem, qua dogma Apollinaris nitebatur. Quo fit, ut etiam hic primas autorem appareat detulisse argumento huic ab œconomia salutis perfectæ per Christum humano generi reparandæ petito, illi vero a descensu ad inferos secundas.

μοις τῷ δεδεμένον. εἰ δὲ μὴ ἔχετε δεῖξαι ἕτερον τοπον παρα τον ταφον και τον ἄδην, ἐξ ὧν ἠλευθερωται τελειως ὁ ἄνθρωπος, Χριστὸς ἐλευθερωσαντος ἡμᾶς ἐν ἑαυτῷ καθ' ἡμᾶς μορφή τελεία και ἀληθεύσατη, πως ἐτι ταυτα λεγετε, ὡς ἔδεπω καταλλαγεντος τη ἀνθρωποτητι τε θεε; πως ἐν ἐπεδημησεν ὁ σωτηρ; ἢ ὡς ἀδυνατος τον συμπαντα λυσαι ἄνθρωπον; ἢ ὡς βδελυξαμενος τον ἀπαξ ἁμαρτησαντα νεν; ἢ ὡς δεδοικως, μη και αὐτος μετοχος γενηται της ἁμαρτίας, εἰ τελειος γενηται ἄνθρωπος, θεος ὢν; ἀλλ' ἀσεβείας ἐμπλοοι οἱ ταυτα ἔτως ἐννοοντες. τι γαρ περι της ἁμαρτίας ὀριζομενοι ταυτα λαλειτε, φουσικην εἶναι την ἁμαρτιαν λεγοντες, κατα τον ἀσεβεσατον Μανιχαιον; Deinde cum ita in mentionem incidereit ejus Apollinaristarum, quam cum Manichæis eos diceret communem habere, sententiæ, Christum ideo non assumisise mentem humanam, quod quasi φουσικην εἶναι την ἁμαρτιαν assumere viderentur, Cap. 15 ad hanc sententiam refutandam transit. Docet, eam esse accusationem in creatorem prolatam (id quod jam cap. præcedenti indigitaverat); deinde, si Deus ita efformasset Adamum, ut peccatum illi esset innatum, non jure illum esse morte multatum; hominem igitur absque peccato in incorruptionem factum esse, a Diabolo concupiscentiam mali excitatam, non novam in homine naturam efformatam, quippe cum Diabolus non sit naturæ creator sed naturæ perversionis autor, filium hominis vero solvisse opera Diaboli, cum, quam naturam Deus absque peccato creaverat, Diabolus autem perverterat, eandem Deus Verbum sibi ipsi restautaret ἀνεπιδεκτον της τε διαβολε παρατροπης και εὐρεσεως ἁμαρτίας, ideoque dixisse: ἔρχεται ὁ ἀρχων τε κοσμου τεττε, και ἐν ἐμοι εὐρισκει ἔδεν. εἰ δὲ ὁ ἀρχων τε κοσμου τεττε ἔδεν των ἑαυτε πραγµατων ἠύρισκεν ἐν τῷ Χριστῷ, πολλῶ μαλλον ὁ Χριστος ἔδεν της ἰδιας ποιησεως προσκατελιπε τῷ ἀρχοντι τε κοσμου τεττε. ἢ και δια τετο ἔδεν ἠύρισκεν ἐν αὐτῷ, τελειαν την καινοτητα ἐπιδειξα-

μὲν τε Χριστῶ, ἵνα τελείαν τὴν σωτηρίαν κατεργασῆται
 ὅλα τε ἀνθρώπων, ψυχῆς λογικῆς καὶ σώματος, ἵνα τελεία
 ᾦ καὶ ἡ ἀνάστασις. Falsa igitur esse commenta et Ariano-
 rum, qui dicerent, Christum modo induisse carnem, non
 animam, et Apollinaristarum, qui dicerent, mentem in Christo
 fuisse coelestem; neque vero illud (Joh. 11, 33) ἐταραχθῆ
 δε ἐν πνεύματι ὁ Ἰησοῦς, esse aut divinitatis immutabilis,
 aut carnis menti carentis, sed animæ intelligentia præditæ,
 dolentis, conturbatæ, anxîæ, cum intelligentia passionem sen-
 tientis, quin etiam (Cap. 16) Christum ipsum, illa verba
 quomodo sint intelligenda, explicasse, cum diceret (Joh. 12,
 27): ἡ ψυχή μου τεταραχταί. Quibus dictis iterum reverti-
 tur autor ad idem perfectæ salutis argumentum: ὡςπερ γὰρ
 τῷ αἵματι τῆς σαρκὸς αὐτοῦ ἐλυτρώσατο ἡμᾶς, ἔτω καὶ
 τῇ νοήσει τῆς ψυχῆς αὐτοῦ τὴν νικηρὴν ὑπερ ἡμῶν ἐπιδει-
 κνυταί, λεγὼν· νενικηκα τὸν κόσμον, καὶ ἀλλάξτε δε, δι-
 δόντι ἡμῖν τὸ νικῶς. ἀλλ' ὡςπερ τὸ αἷμα ἐκ ἀν κοινον
 τοῖς εὐσεβεσιν νοηθῆναι, ὡςπερ τοῖς ἀπίστοις, ἔτως καὶ ἡ
 νοησις λεγομένη, ἐκ ἀνθρώπινη ἀσθενεῖα περιχειμένη,
 ἀλλὰ θεῶ φυσῖν ἐπιδεικνυμένη καὶ ἔτως ἀν λεγοῖτο τε-
 λειὸς θεὸς, καὶ τελειὸς ἀνθρώπος ὁ Χριστῶς. (Cap. 17)
 Naturâ igitur, non fide, Dominum factum esse hominem; in
 nostra quidem natura pugnam etiam nunc inesse, et pecca-
 tum semine propagari, Verbi autem incarnationem, non se-
 cundum nostram modo sed secundum Dei naturam factam,
 ἀνεπιδεκτὸν γεγενῆσθαι τὸν ἐν ἡμῖν ἐκ τῆς παλαιότητος
 ἐπι πολιτενομενων πραγμάτων, quare veterem nos doceri
 exuere, novum induere. Miram sane rem esse, quod Deus
 homo factus sit et absque peccato, et ὅτι καινοτης ὅλη
 γεγενῆσθαι, ἵνα ἐνδειχῆται τὸ δυνατόν τε αὐτοῦ, quæ vero
 ipse sua voluntate in natura ordinavit, ea in se suscepisse,
 quantum vellet: nativitatem et quæ sunt cætera, denique
 mortem et resurrectionem; δια τῆτο καὶ ὅπε διεφθαρῆ το
 τε ἀνθρώπων σῶμα, ἐκεῖ προῖεται Ἰησοῦς τὸ ἴδιον σῶμα·
 καὶ ὅπε κεκρατητὸ ἡ ψυχή ἡ ἀνθρώπινη ἐν θανάτῳ,

ἐκεῖ ἐπιδεικνύται ὁ Χριστὸς τὴν ἀνθρώπινην ψυχὴν ἰδίαν
 ἔσαν, ἵνα καὶ παρῆ ὡς ἄνθρωπος ὁ ἀκρατήτος ἐν θανα-
 τῷ, καὶ λύσῃ τὴν κρατήσιν τε θανάτῳ ὡς θεός· ἵνα ὅπως
 ἔσπαρῃ ἢ φθορὰ, ἐκεῖ ἀνατεῖλῃ ἢ ἀφθαρσία· καὶ ὅπως
 ἐβασίλευσεν ὁ θάνατος, ἐν μορφῇ ψυχῆς ἀνθρώπινης
 παρῶν ὁ ἀθάνατος, ἐπιδειξῆται τὴν ἀθανασίαν, καὶ ἔτι
 ἡμᾶς μετοχῆς καταστήσῃ τῆς εἰς αὐτὴν ἀφθαρσίας καὶ ἀθα-
 νασίας ἐν ἐλπίδι ἀναστάσεως τῆς ἐκ νεκρῶν... πῶς ἐν λε-
 γετε, ἀντι τῆς ἔσωθεν ἀνθρώπου τε ἐν ἡμῖν νεκρὸς ἐπερανίος
 ἐν Χριστῷ; μὴ τι γὰρ διχῆ μερίσας τὸ ἔξωθεν καὶ
 τὸ ἔσωθεν, καὶ ἐν ταφῷ ἐπεδεικνύτο καὶ ἐν
 ἄδῃ; ἀλλ' ἐκ οἴου τε ἦν ἕτερον ἀντ' ἕτερου ἀν-
 τιθεναὶ λυτρῶν, ἀλλὰ σῶμα ἀντι σωματός, καὶ
 ψυχὴν ἀντι ψυχῆς, καὶ τελευτῶν ὑπαρξίν ὑπὲρ
 ὅλης ἀνθρώπου. τετεξίν τὸ ἀνταλλάγμα τε Χριστῶ, ὁ
 ὠνειδίσαν ἐπὶ τῆς σαυρῆ οἱ ἐχθροὶ τῆς ζωῆς Ἰσδαῖοι πα-
 ραπορευόμενοι, καὶ κινεῦντες τὰς κεφαλὰς αὐτῶν. Post
 hæc, in quibus abitus ad inferna tamquam ad salutem per-
 fectam parandam commemoratur, interjectis perpaucis ver-
 bis, quæ descensum ad inferos per se spectant: ἔτε γὰρ ὁ
 ἄδῃς ἠνεγκεν ἀπαρακαλυπτῆς θεοτήτος ἐπι-
 βασίν· τετε γὰρ προφηταὶ καὶ ἀποστολοὶ μαρ-
 τυροῦσιν, (Cap. 18) eodem reversus ἐστὶ δε καὶ ἐπὶ τῆς
 τῆς σαυρῆ οἰκονομίας, pergit, συνιδεῖν τὸ λεγόμενον: uti
 enim emissionem sanguinis veram carnis existentiam, ita cla-
 mando et inclinando caput et tradendo spiritum significasse
 eum τὸ ἔσωθεν τε ἰδίῃ σωματός, τετεξίν τὴν ψυχὴν,
 περὶ ἧς καὶ εἶρηκεν, ὅτι τιθῆμι ὑπὲρ τῶν προβατῶν
 τῶν ἑμῶν. ὡς τὴν ἐκπνευσίν ἐκ ἀντὶς εἶποι θεοτήτος
 μεταστάσιν, ἀλλὰ ψυχῆς ἀποχωροῦσιν: si enim per trans-
 migrationem divinitatis mors et corporis extinctio facta sit,
 mortem quidem suam, non ita nostram eum obiisse. Nec non,
 interjectis iterum his paucis, quæ ad descensum per se spec-
 tatum pertinent: καὶ πῶς εἰς ἄδῃ κατηλθεν ἀπα-
 ρακαλυπτῶ τῆ θεοτήτι; ad eandem cogitationum

seriem redit: πῶς ἐν ἡ ψυχῇ, ἣν ἐπηγγείλατο ὁ κυριος τιθεσθαι ὑπερ τῶν προβατῶν, περὶ ἧς καὶ προφητῶν προμηνυουσιν; εἰ δὲ ψυχῆς ἀποχωρησις γεγρονε, διατρετο εἰρηται, ὅτι τον ἐμετερον ἀνεδεξατο θανατον, τρετρεσι της καθ' ἡμας διαλυσεως ἀνασχομενος, ὡσπερ καὶ γενησεως. (Cap. 19) ματαιον ἐν ὑμῶν το σοφισμα· ἐπει πως ἀν ὁ θανατος ἐγεγονει, εἰ μη καὶ τον ἐσωθεν καὶ τον ἐξωθεν συνεσασατο ἑαυτω ὁ λογος, τρετρεσι σωμα καὶ ψυχην; πως δε καὶ ὑπερ τρεπαντος ἀντεδωκεν ἀντιλυτρον; ἡ πως ἡ κρατησις τρεθανατε τελειαν ἐλαμβανε την λυσιν, εἰ το κατα φρονησιν ἀμαρτησαν, την ψυχην, Χριστος ἀναμαρτητον εἰ συνεσασατο ἐν ἑαυτω; ἐτι ἐν βασιλευει ὁ θανατος τρεἐσωθεν ἀνθρωπε· τινος γαρ ἄλλε καὶ ἐβασιλευσε ποτε, εἰχι ψυχῆς της ἐν φρονησει ἀμαρτησεως; καθως εἰρηται· ψυχῇ ἡ ἀμαρτανεσα, αὐτη καὶ ἀποθανειται ὑπερ ἧς την ἰδιαν ψυχην τρεδεικεν ὁ Χριστος λυτρον ἀντιδιδεσ¹). Quibus dictis ita finem imponit argumentationi c. 15^{to} incipit: τινος δε καὶ ἀρχηθεν κατεγνω ὁ θεος; της πλασεως τρεπλασαντος; ἡ της πραξεως τρεπλασματος; εἰ της πλασεως τρεπλασαντος κατεγνω θεος, ἑαυτε κατεγνω, καὶ ἐσαι ὡς οἱ ἀνθρωποι. εἰ δε ἀσεβες τρετο περὶ θεε ἐννοειν, κατεγνω δε της πραξεως τρεπλασματος, περιαιρει τοινυν την πραξιν, καὶ καινοποιει την πλασιν· αὐτε γαρ ἐσμεν ποιημα, κτισθεντες ἐπι ἐργοις ἀγαθοις. Cap. 20 taxat Apollinaristarum doctrinam, quod Deum

1) Quæ in cap. 13-14 in not. observata sunt, eadem de disputatione autoris in his capitibus 17-19 omnino valent, ut pauca quidem verba ad descensus ipsius oeconomiam pertinentia hic illic inspergantur, quæ modo ex contextu erepta speciem aliquam veritatis hypothesei Kingianæ dare possint; tota vero disputatio ad oeconomiam mortis, quæ est corporis et animæ disjunctio, quæque alias etiam profertur absque descensus mentione (cfr. de salut. adv. c. 7), et ad consilium incarnationis salutisque conditionem referri debeat.

dicant eum, qui ex Maria natus sit, eorumque descriptionem Christi naturæ, dicentium, eum esse *νευ ἐπιφανιον ἐν σω-
ματι ἐμψυχω*, quibus verbis neque Deum neque hominem significari, quoniam neque mens coelestis per se Deus sit, neque corpus animatum eo ipso sit perfectus homo, totumque hoc scripturæ adversetur, quæ doceat, Deum Verbum ante sæcula apud Deum fuisse, temporis vero consummatione genitum esse filium hominis, verum Deum, verum eundem hominem, ut quatenus homo pro nobis pateretur, quatenus Deus passione et morte nos redimeret. Quodsi denique in Christo caro modo renovata sit neque eadem ratione mens, nos non per imitationem veram in nobis *τε φρονεντος και ἀγοντος την σαρκα δυνασθαι την καινοτητα κατεργαζεσθαι*, quippe cum imitatio sit imitatio operis ante existentis, aliter imitationem non appellari. Inde vero sequi, ut aut ad renovationem modo carnis pervenire possimus, aut, si sine Christo ad mentis renovationem pervenire possimus, nihil opus sit adventu Christi; ubi enim id, quod regat, renove-
tur, id, quod regatur, per se sequi. **Cap. 21** vanitatem sententiæ eorum, qui dicerent, Verbum in Christum tamquam in unum ex prophetis advenisse, inde ostendit, quod ille solus Deus sit appellatus, quod, cum lex nihil ad perfectionem perduxisset, et mors in omnes regnaret, Dominus dixerit: „si vos filius liberaverit, vere liberi eritis”, his additis: *ἐχι κατα την καινοτητα, την ἐν αυτω, και την τελειοτητα, δι' ης και οι πισευσαντες ανακαινιζομεθα κατα μιμησιν και μετοχην της τελειας καινοτητος τε Χριστου*; Denique increpatis varie Apollinaristis, quos cum Arianis comparat, et Sabellianis et Manichæis, **Cap. 22** ad ea, quæ scriptura tradit, pie tenenda Deumque, in gloriam et confessionem mansuetudinis ejus et in spem salutis nostræ, adorandum lectores cohortatus finem facit scribendi.

Alter horum liborum est *de salutari adventu Jesu Christi, et adversus Apollinarium*.

Cap. 1 argumentationem ita incipit, ut eos, qui Dominum nostrum Jesum Christum non ex Deo et homine unum confiteantur, ut scriptum est in evangelio: „*τε Αδαμ, τε θεος*”, jubeat ostendere, quomodo sibi *τον εν μορφη θεου υπαρχοντα θεον και λαβοντα τε δελε μορφην* cogitent, aut quomodo intelligant illud: *ο λογος σαρξ εγενετο, και εσκηνωσεν εν ημιν*. Qui enim dixit: *ο λογος σαρξ εγενετο*, eundem dixisse: *οτι αυτος την ψυχην αυτε εδωκεν υπερ ημων*. Per formam Dei plenitudinem Divinitatis, per formam servi totam naturam humanam intelligi, intelligibilem et organicam; a Johanne testimonium perhiberi de natura organica, a Paulo de natura intellectuali, ut ambo totum incarnationis mysterium praedicent. Manifestum enim esse, Deum Verbum, qui ante adventum in carne existeret, non tunc hominem sed Deum fuisse apud Deum, invisibilem et impassibilem. (*Cap. 2*) Vocem igitur „Christum” non adhiberi de Verbo nisi cum homine conjuncto; (*Cap. 3*) qua de re unctionem factam, non quod Deus unctione indigeret, sed Deo unctionem applicante ipsamque in corpore (*σωματι*) unctionis capace recipiente; Verbum igitur non absque humana natura factum esse Christum, eademque non specie tenus sed vere induta, quod ex passione et resurrectione et universa oeconomia appareat. Post plura contra eos hoc capite et *Cap. 4* acriter dicta, *Cap. 5* ostendit, formulam illam: *θεον εκ Ναζαρετ γεγενησθαι*, quam premere ante dixit omnes haereticos, ita explicandam esse, ut *ο υπαρχων προ των αιωνων λογος θεος εκ Ναζαρετ ανθρωπος ωφθη, γεννηθεις εκ Μαρίας της παρθενε και πνευματος αγιου... παντα λαβων εκ παρθενε, οσα αρχηθεν ο θεος εις συσασιν ανθρωπε επλασε και εποιησε χωρις αμαρτιας, ε της θεοτητος μεταποιησιν επιδειξαμενος, αλλα της ανθρωποτητος καινοποιησιν εργασαμενος, κατα το αυτε θελημα, ωσε εινα τα εθνη ουσσωμα και συμμετοχα τε*

Χρῖςτε, ὡς ὁ ἀποστόλος γραφεῖ (Eph. 3, 6) . . . ἵνα ἡ καὶ ἀνθρώπος ἀληθῶς καὶ θεὸς ἀλεθῶς· ἔχει ἀνθρώπε πρὸς τὸν θεὸν ὄντος, ὡς ὑμεῖς συκοφαντεῦντες λέγετε, διασυροντες τὸ τῶν Χριστιανῶν μυστήριον· ἀλλὰ θεὸς τε μονογενὴς εὐδόκησαντος τῷ πληρωματι τῆς θεότητος αὐτὴ τῆν τε ἀρχετυπε πλασιν ἀνθρώπε, καὶ ποιῆσιν καινήν, ἐκ μητρὸς παρθενῶ ἀναξησασθαι ἑαυτῷ, φυσικῆ γεννησῆαι καὶ ἀλλοτῷ ἐνώσει· ἵνα τῆν ὑπὲρ ἀνθρώπων σωτηριῶν πραγματείαν ποιησῆται, ἐν παθεῖ καὶ θανάτῳ καὶ ἀναξασῆαι τῆν σωτηριῶν τῶν ἀνθρώπων κατεργαζόμενος. *Cap. 6* eodem fere modo, quo *De incarn. c. 15*, refutat eam objectionem, quod, si Christus omnia acceperit, etiam cogitationes acceperit humanas; non fieri autem posse, quin humanis cogitationibus insit peccatum: quomodo igitur Christus absque peccato? *Cap. 7* aliam objectionem refellit, Christum nimirum, si sit homo, partem esse mundi, sed partem mundi non posse salvare mundum. Verbum, Deum manens, factum esse hominem, hominem factum manere Deum, ideoque in qua natura peccatum commissum sit, in eadem gratiæ exuberantiam exstitisse, cum deus idem et homo σωζει τες πισευοντας ἐν ἀνθρώπε μορφή. ἐὰν γὰρ ὁμολογήσῃς κυριὸν Ἰησοῦν ἐν τῷ σώματι σε, καὶ πισύσῃς ἐν καρδίᾳ σε, ὅτι ὁ θεὸς ἠγείρεν αὐτὸν ἐκ νεκρῶν, σωθήσῃ. νεκρῶσιν δὲ θεὸς ἐκ ἐπιδέχεται, ἔτε ἀναξασεὼς δεεται, ἀλλὰ ἐκ νεκρῶν ἀνιξῆσιν. ὅθεν χρεία γερονεν, ἔχειν τι τὸν θεὸν, ὁ προσενεγκῆ ὑπὲρ ἡμῶν, εἴτε ἐν θανάτῳ, εἴτε ἐν ζωῇ. ὡς τε τῷ μαλλον σωζει ὁ λογος, ὅτι ἀνθρώπος γερονεν. *Cap. 8* ad eam redit objectionem, quod, cum fieri non possit, quin natura, cui in consuetudinem abierit peccatum, quæque successionem peccati exceperit, absque peccato esse non possit, Christus non possit esse ut unus ex hominibus. Postquam reprehendit Apollinaristas, quod, quemadmodum Manichæi carnem hominis et generationem ὑπο τὸν ἀρχοντα τῆς κακίας subjicerent, ita illi animam hominis, ut peccatum eam vitare non posse sta-

tuant, et carnalem esse dicant, primum hoc refutat, quod sit carnalis. Si sit carnalis, etiam mortalem esse, carnem enim morte solvi; quod si ita se habeat, quomodo dicere Dominum: „ne timete eos, qui occidunt corpus &c?” quomodo Petrum, *τας ἐν ἄδη κατεχομενας ψυχας* appellantem *πνευματα*, dicere: *ἐπορευθη τοις ἐν φυλακη κατακεκλεισμενοις πνευμασιν εὐαγγελισασθαι την ἀναξασιν?* Deinde monet, eos pro sua sententia prave afferre Gen 8, 21, cum vocabulum „ab adolescentia” non significet id quod „innatum sit”, sed „ab inimico insitum.” Igitur vera Deum jurasse Davidi, de fructu ventris ejus se Christum secundum carnem excitatum esse, non ex mutatione Divinitatis specie tenus hominem, sed *λαβοντα την τε δελε μορφην ἐν ἀνοχη της γεννησεως της ἐκ γυναικος και αυξησησεως ἡλικιας της καθ' ἡμας, ὡς φησιν ὁ ἀποστολος Hebr. 2, 14.* (Cap. 9) Verum autem hominem fuisse, etiam ex verbis Petri Act 2, 36 apparere, quæ si de Divinitate intelligantur, Arianorum revocari errorem. Jam vero denuo autor objectioni occurrit ab humanæ naturæ pravitate desumptæ, cum dicerent, si natura peccatrix, conjuncta Deo, esset peccati expers, eam vi detineri, quod autem vi delineatur, id opprimi; illud enim idem esse inquit, ac si dicerent, cum non peccare fit vi cogente, peccare secundum naturam esse, quo fieri, ut peccatum adscriberent creatori; quod si hoc blasphemum est, fatendumque est, peccatum ex accidenti esse, patere etiam, non peccare esse secundum naturam. *Δια τατο ἐν τη τε λογε θεοτητι ὄφθεισα ἡ τε δελε μορφη, ἐκ ἀναγκη ὑποκειμενη, ἀλλα φυσει και δυναμει, την ἀναμαρτησιαν επιδεικνυται, διαλυσασα τον της ἀναγκης ὄρον και τον της ἀμαρτιας νομον, και τον της ἀιχμαλωσιας τυραννον ἀιχμαλωσασα, ὡς φησιν ὁ προφητης: „ἀναβας εἰς ὑψος, ἡχμαλωτευσας ἀιχμαλωσιαν.” την γαρ μορφην τε δελε κατα τε ἐχθρο προβαλλομενος ὁ λογος την νικην πεποιηται δια τε ποτε ἡττηθεντος, ideoque Christum tentationem passum, victoria pro hominibus reportata, dixisse: θαρσειτε, ἐγω νενικηκα*

τον κοσμον. Quinetiam ex ipsa tentatione monstrat humanitatem, ἔ γαρ προς θεοτητα ἤρατο τον πολεμον ὁ διαβολος, ἢν ἤγνοησεν, ἔδε γαρ ἐτολμα (secundum vulgarem fictionem, quod Diabolus, specie humana deceptus, Christum adortus, a divinitate cum homine conjuncta devictus sit), ἀλλὰ προς ἄνθρωπον, ὃν παλαι πλανησαι ἰσχυσε, και ἐξ ἐκεινε εἰς παντας ἄνθρωπος ἐξετανε της κακίας αὐτε την ἐνεργειαν. Causam hujus incarnationis esse benignitatem Dei, qui Adami piorumque sub tyrannide mortis detentorum misertus, ἠύδοκησε δια μυσηριε φανερωσεως, και νοτητος σωτηριαν κατεργασασθαι τῷ γενει των ἄνθρωπων και καθαιρεσιν μεν ποιησασθαι τε δια φθονον ἀπατησαντος ἐχθροε. Sin de effectu ejusdem incarnationis querimus, eodem tenore docet, Deum per illam ὑψωσιν ἀσυλλογισον ἀναδειξαι τε ἄνθρωπε, τη προς τον ὑψισον ἐνωσει και κοινωνια, φουσει και ἀληθεια. Qua de re *Cap. 10* ita pergit, ut, quando dixerit Dominus: ἐρχεται ὁ ἀρχων τε κοσμου τεττε, και ἐν ἐμοι εὕρισει ἔδεν, hoc non ita intelligendum esse monstret, ac si nihil omnino de substantia hominis in eo invenerit, habuisse enim et ψυχην et σωμα et ὄλον τον πρωτον Αδαμ, sed ita, ut nihil invenerit in illo eorum, ὃν αὐτος εἰργασατο ἐν τῷ πρωτῷ Αδαμ i. e. peccati, et concludat: και ἔτως κατελυθη ἡ ἁμαρτια ἐν Χριστῷ. Inde denique (*Cap. 11*) ostendit, eorum opinionem, qui dicerent, hominem, semel in captivitatem actum, captivitate liberum evadere non posse, ideoque divinitatem, quæ non captiva fuisset, in similitudine venisse carnis et animæ, ἵνα αὐτη ἀναιχμαλοτιζοε μεινη, και ἔτως ὀφθη καθαρα δικαιοσυνη, falsam esse, quippe quod, qui id contenderent, majorem vim tribuerent Diabolo quam Deo, cum dicerent, peccatum, ab illo homini illatum, non posse destrui, quodque semper καθαρα sit ἡ της θεοτητοε δικαιοσυνη, neque quidquam ad homines beneficii redundasset, εἰ μη ταυτοτητι ὑπαρξεωε και φουσεωε καινοτητι ὡφθη ὁ κυριοε, ὡε φησι ὁ ἀποστολοε: ἢν ἐνεκαινισεν ἡμιν ὁδον προσγατον και ζωσαν,

λεγων· ἐγὼ εἰμι ἡ ὁδὸς καὶ ἡ ζωὴ καὶ ἡ ἀλήθεια. Neque id valere pergit, quod dicerent, similitudine et imitatione salutem consequi eos, qui crederent, καὶ ἐκ τῆς ἀνακαινισεὶ καὶ τῆς ἀπαρχῆς; nam quo tum pacto dictus esset πρωτοτοκος ἐν πολλοῖς ἀδελφοῖς, καὶ ἀπαρχὴ τῶν κεκοιμημένων Christus? Præterea divinitatem non venisse, ut se justificaret ipsam, quippe quæ non peccasset; ubi vero dictum est: ἐπιτωχευσε δι' ἡμᾶς, πλεσιος ὄν, ἵνα ἡμεῖς τῆς ἐκείνης πτωχείᾳ πλετησωμεν, hoc non ita intelligendum, quasi sit Deus egenus factus, sed ὅτι τὴν πτωχεύσαντων φροσιν ἐν ἑαυτῷ ἀνελάβετο, ἐν ἰδίᾳ δικαιοσυνῇ ταυτῇ προβαλλόμενος ὑπὲρ ἀνθρώπων πασχῶσαν, καὶ ὑπὲρ ἀνθρώπων ἔσαν, καὶ ἐξ ἀνθρώπων φανερωθεῖσαν, καὶ θεὸς ὅλην γενομένην. Neque denique „primogenitum ex mortuis” dici posse Christum, nisi sit factus „primogenitus in multis fratribus.” Quare qui dicerent, Deum in carne passum esse et resurrexisse, Arianorum referre blasphemiam, in scriptura autem doceri, ὅτι δια θεοῦ ἐν σαρκὶ αὐτὸς τὸ παθὸς γεγνε, καὶ ἔχῃ θεὸς δια σαρκὸς ἐπαθεν. Cap. 12 miratur, quomodo illi, qui tamen τὴν ὁμομοσιότητα prædicarent, talia dicere possint, quibus assumptis passio, mors, resurrectio, cæteraque omnia, quæ in scriptura humanitatem ejus indicent, aut secundum Marcionem aliosque modo specie tenus evenerint, aut ad Divinitatem referantur. (Cap. 13) Scripturam semper, ubi narretur passio, primum Dominum prædicare hominem, non enarrare generationem Dei Verbi, sed Patrem confiteri, filium prædicare, et Dominum filium Davidis et Josephi ex Maria quoad carnem ortum esse tradere, qui servi formam assumeret, ut humanitas ejus ex hominibus esse crederetur, et ex patre suo Deo Verbum Deus agnosceretur, φερων τα ὑπὲρ ἀνθρώπων παθῆ, τῷ ἐξ ἀνθρώπων παθητικῷ μορφωματι, ἐν τῷ πασχοντι σωματι τὴν ἀπαθειαν ἐπιδεικνυμενος, καὶ ἐν θνησκοντι τὴν ἀθανασίαν, καὶ ἐν τῷ θαπτομενῷ τὴν ἀφθαρσίαν, καὶ ἐν τῷ πειρασθεντι τὴν νικην, καὶ ἐν τῷ παλαιωθεντι τὴν καινοτήτα. ὅτι ὁ

παλαιος ἡμων ἄνθρωπος συνεξανρωθη, αὕτη γὰρ ἐστὶ ἡ
 χάρις. ἔδαμς δὲ θεοτῆς παθὸς προσιεται διχα πασχοντος
 σωματος· ἔτε ταραχὴν καὶ λυπὴν ἐπιδεικνυται διχα ψυχῆς
 λυπεμενῆς καὶ ταραττομενῆς, ἔδε ἀδημονεῖ καὶ προσευ-
 χεται διχα νοήσεως ἀδημονεσεως καὶ προσευχομενῆς.
Cap. 14. Quod vero dicerent, Deum in carne passum et re-
 surrexisse, inde apparere mentem eorum, Deum non timen-
 tium, neque divinis scripturis obtemperantium; talia dicere
 Arianorum esse, qui filium verum Deum non confiterentur,
 nec non contra scripturam eadem pugnare, ejus loca plura
 et ex veteri et ex novo testamento petita profert, quæ
 inter divinitatem et humanitatem, quæque huic vel illi
 tribuantur, distinguant. Sub finem tandem capituli in
 morte imprimis explicanda versatur, quod sequentibus capiti-
 bus continuat, adjecta de resurrectione et ad dextram patris
 sessu mentione. In cruce ipsa 1) divinitatis oeconomiam li-
 quido apparere, cum in effusione sanguinis carnem adesse
 confirmetur, et vox edita animæque mentio non deitatis se-
 parationem manifestet, sed corporis mortem significet, *μητε
 τῆς θεοτητος τε σωματος ἐν τῷ ταφῷ ἀπολιμ-
 πανομενῆς, μητε τῆς ψυχῆς ἐν τῷ ἀδηχωριζο-
 μενῆς. τετο γὰρ ἐστὶ το ῥηθεν δια των προφητων· ἔ
 ἐγκαταλειψεις τὴν ψυχὴν με &c. Ps. 15, 10, διο καὶ ὁ
 κυριος ἐλεγεν· ἔδεις αἶρει αὐτὴν ἀπ' ἐμου, ἀλλ' ἐγὼ ἀπ'
 ἐμαντε τιθημι αὐτὴν. τετεσι, παρων ἐπιδεικνυ-
 μι. 2)* (*Cap. 15*) Δια τετο ἐν μεν ψυχῇ θεε ἡ κρατησις
 τῆς θανατε ἐλυετο, καὶ ἡ ἐξ ἀδὲ ἀνιξασις ἐγενετο,
 καὶ ταις ψυχαις εὐηγγελιζετο· ἐν δε σωματι Χρι-
 σς, ἡ φθόρα κατηγορεῖτο, καὶ ἡ ἀφθαρσια ἐκ ταφε ἐδει-
 κνυτο. ὡσε ἐκ ἄνθρωπος θεε ἐχωριζετο, ἔτε θεος προς

1) cfr. De incarn. c. 18.

2) Hæc verba imprimis notanda sunt, quod non ex descensu in
 illis probatur, humanam Christum habuisse animam, sed di-
 vinitatem etiam ad inferas persecutam esse Dominum. cfr. § 17.

ἄνθρωπον ἐγκαταλείψιν διηγείτο, ἔτε ἡ νεκρωσις καὶ τε
 πνευματος ἀποχωρησις, θεὸς ἀπο σωματος ἢ μετασασις,
 ἄλλα ψυχῆς ἀπο σωματος χωρισμός. ὁ γὰρ ἡμετερός
 ἐκεῖ διεγράφετο θάνατος. εἰ δὲ ὁ θεὸς ἐχωρισθῆ
 τε σωματος, καὶ ἔτως ἡ νεκρωσις ἐδεικνυτο, πὼς το σω-
 μα, χωρισθὲν τε ἀφθαρτε θεὸς, τὴν ἀφθαρσίαν ἐπεδει-
 κνυτο; πὼς δὲ καὶ ὁ λόγος τὴν εἰς ἄδε ἐπιβασιν
 ἐποίησατο; ἢ πὼς τὴν ἐξ ἄδε ἀνασασιν ἐπε-
 δεικνυτο; μὴ τι γε αὐτὸς ἀντι τῆς ἡμετερας
 ψυχῆς ἀνίστατο, ἵνα τῆς ἡμετερας ἀνασασεως
 τὴν εἰκόνα ἀρμοσῆται; καὶ πὼς οἶον τε περὶ
 θεὸς ταυτα ἐννοεῖν; ἀσυμφωνος τοίνυν ταῖς ἁγίαις
 γραφαῖς ὁ ὄρος ὑμῶν, καὶ ἀναρμοςος τῆς πληρω-
 θεισης οἰκονομίας ἡ γνωμὴ ὑμῶν. *Quemadmo-
 dum ex morte et resurrectione, quas inter sepultura et ad
 inferos descensus cadunt, ita nunc, ut supra monuimus, ex
 sessione ad dextram, ex verbis: καθὲς ἐκ δεξιῶν με et
 δοξασον με, πατερ, τῆ ἀΐδιῳ δοξῆ, utramque naturam ap-
 parere monstrat: illud enim divinitatis non humanitatis dignitatem
 ostendere (Hebr. 1, 4. 14); si vero de hoc quaeratur, non Ver-
 bum melius factum esse, quasi antea inferius fuisset, sed
 τὴν ἐν αὐτῷ ἀνατειλασαν τε δεξὴ μορφὴν κρείττονα τῶν
 ἀγγέλων ἢ καὶ πασης τῆς κτισεως exhibere. Cap. 16.*
 In eadem ratiocinatione pergens interrogat, quomodo dicant,
 creatorem τῶν λογικῶν φύσεων, σαρκα ἑαυτῷ συγκρασαν-
 τα, λογικὸν ἄνθρωπον γεγονεναι, et quomodo immutabilis
 et invariabilis manserit, si homo factus sit absque λογικὴν
 τὴν τε δεξὴ μορφὴν sibi concinnando, numque aliter quam
 ita, ut ὁ λόγος ἀτρέπτος ἦ, μενῶν ὁ ἦν, καὶ λογικὸς ὁ
 ἄνθρωπος ὄραθῆ θεὸς ὢν, intelligi possit incarnatio? Coe-
 lestem hominem Dominum esse, non quod carnem exhibuerit
 de coelo sumtam, sed quod eam, quam de terra sumserit,
 coelestem constituerit; ideoque ut ille coelestis, ita quoque
 nos κατὰ τὴν αὐτὴ μετοχὴν τῆς ἁγιότητος coelestes. Tum
 vero in hanc eorum objectionem incidens, quod dicant, in

his verbis: τον κυριον της δοξης εξαυρωσαν inesse, ut τον λογον crucifixerint, illam refutat ex ratione mortis, mentione etiam de descensu ad inferos facta. Verbum non esse crucifixum, sed ignominia affectum, cum corpus ejus cruci affigeretur, θεος γαρ ὁ ἀθετηθεῖς, σαρκος δε θεε και ψυχης το παθος, και ὁ θανατος, και ἡ ἀναστασις γεγνε. Propterea Judæis dixisse Dominum: λυσατε τον ναον τετον &c. (Joh. 2, 19 coll. Es. 53, 12. 1 Joh. 3, 16); si enim mors esset separatio Divinitatis et corporis, quomodo id dicere potuisset? Quomodo enim Judæi hanc carnis cum Verbo indissolubilem conjunctionem dirimere potuissent? Ubi verò nulla sit separatio, ibi nec mortem esse, non denique resurrectionem. Igitur, si Christus mortuus est, separationem factam esse, quod etiam eo significari, quod scriptum est: „expiravit” et alibi: „inclinato capite spiritum tradidit;” quodsi hæc separatio fuit secessio Verbi a corpore, secundum illorum opinionem, *primum* adversus Deum invaluisse Judæos, *deinde* non mortem nostram illic locum habuisse, *tum* corpus a Deo incorruptibili separatum non potuisse incorruptibile manere, *præterea* vulnerationem quidem *corporis* fuisse, passionem autem *Verbi*, quæ igitur more Arianorum ad divinitatem referatur, *denique* Verbum etiam resurrexisse; ἀναγκη γαρ τινα ἐξ ἄθε την ἀρχην της ἀναστασεως εἰληφεναι, ἵνα τελεια ἦ ἡ ἀναστασις, και τε θανατε ἢ λυσις, και των ἐκεισε πνευματων ἢ ἀπολυσις. (Cap. 17) εἰ δε ταυτα ὁ λογος πεπονθε, και πε το ἀτρεπτον ἀναλλοιωτον τε λογε; πως δε και ἀπαρακαλυπτως ὀφθεῖς ὁ λογος ἐν τῷ ἀδῆ ἐνομισθῆ ἐν τῷ θανατῷ ὡς ἀνθρωπος; πως δε τοις Ἰουδαίοις ἐλεγεν ὁ κυριος· ἐγω ἐγερω αὐτον, και ἐγὼ ἐγω ἐξ ἄθε ἀνισταμαι; εἰ γαρ ὁ λογος ἐν θανατῷ γεγονως χροϊαν εἶχε τε ἐγειροντος αὐτον ἐκ θανατε, ἐκ αὐτε ἐσαι ἡ νικη, ἀλλὰ τε ἐγειροντος αὐτον. πως δε και δια των προφητων προσημαινατο περι της ψυχης αὐτε; πως παρων ὁ κυριος ἐλεγε πληρων την ἐπαγγελίαν

την ψυχήν με τιθῆμι ὑπὲρ των προβατων; ἤν τινα ψυχήν πνευμα ἔσαν σαφως αἱ ἅγαι γραφαὶ διδασκεσι· και ὁ κυριος δε εἰρηκως, το μεν σωμα ὑπο ἀνθρωπων ἀποκτεινομενον, την δε ψυχήν μη δυναμενων ἀποκτειναι, ἄτε δη πνευμα ἔσαν. τετω δε πνευματι ἔταραχθη ὁ Ιησους· τετε τε πνευματος ἢ ἀποχωρησις γεγονεν ἀπο τε σωματος ἐπι τε ξανου· και ἔτως ἐνεκροτο το σωμα, και αὐτε γεγονεν ἢ λυσις, θεε τε λογε ἀμεταθετως ἔχοντος προς τε το σωμα, προς τε την ψυχήν, προς τε ἑαυτον ὄντα εἰς τον κολπον τε πατρος ἐν ἐπιδειξει ἀτρεπτοτητος. ἐν δε τη καθ' ἡμας γενομενη ἐν αὐτω μορφη του ἡμετερον ἐκει διεγραφε θανατον. ἵνα ἐν αὐτῃ και την ὑπὲρ ἡμων ἀρμοσηται ἀναξασιν, ἐξ ἄδε μεν την ψυχήν, ἐκ ταφε δε το σωμα ἐπιδεικνυμενος· ὅπως ἐν θανατω καταλυση τον θανατον ἐν ἐπιδειξει ψυχης, ἐν δε τῷ ταφῷ καταργηση την φθοραν ἐν ταφῇ σωματος· ἐξ ἄδε και ἐκ ταφε την ἀθανασιαν και την ἀφθαρσιαν ἐπιδεικνυμενος, ἐν μορφη τη καθ' ἡμας την ἡμετεραν ὁδευσας ὁδον, και την καθ' ἡμων γενομενην κατοχην λυσας. και τετο μεν ἦν το θαυμασον αὐτῇ γαρ γεγονεν ἢ χαρις¹⁾.

1) Ablegamus lectores ad ea, quæ in cap. 13-14 libri de incarn. in nota observavimus, quæ in loca hæc ex capp. 14-17 citata omnino quadrant. Utitur quoque hic autor descensu ad inferos præcipue ad mortis resurrectionisque rationem et salutis perfectæ œconomiam describendam, perpaucis his modo verbis: πως δε και ἀπακαλυπτως ὀφθεις ὁ λογος ἐν τῷ ἁδῇ ἐνομοσθη ἐν τῷ θανατῷ ὡς ἀνθρωπος; aliquam pcr se probandi vim in eo inesse indigitans, ita tamen, ut hæc verba inter plura illa „πως” nullo modo tamquam insignis quidquam vel gravis argumenti continentia proferantur, cum contra quantam gravitatem alteri argumento, a salutis perfectæ œconomia petito, ipse tribuerit autor, non omiserit nobis his verbis ostendere, quibus argumentationem concludit: ἐξ ἄδε και ἐξ ταφε... την

ὑμεῖς δε σαρκὰ μόνην προσομολογεῖντες, ἕτε τῆς ἁμαρτίας τὴν κατακρίσιν δεῖξαι δυνασθε, ἕτε τε θανάτου τὴν καταλύσιν, ἕτε τῆς ἀναστασεως τὴν τελειώσιν, ἕτε τε λόγου τὴν ἀτρέπτοτητα· ἐπειδὴ ἔξω τῶν ἁγίων γραφῶν βεβηκάτε, λαλῶντες ἅ' Ἀρειανοὶ σοφίζονται, φανεροῦ ὄντος τε περὶ ψυχῆς λόγου ἐν γραφαῖς ἁγίαις, καὶ πληρωθείσης τῆς οἰκονομίας, ἐν ἐπιδειξει πάσης πληρωσεως τε καὶ τελειώσεως. *Cap. 18* *variorum hæreticorum, aut divinitatem aut humanitatem negantium, argutias tamquam erroris causam taxans, scripturam dicit simpliciter docere θεὸν ἀφραζῶς ἐκ πατρὸς τὸν λόγον, καὶ τῆτον ἐπ' ἑσχάτων ἐκ παρθενε ἀνθρώπου γεννηθέντα· ἵνα μὴτε θεὸς ἀπιζηθῆ, μὴτε σὰρξος γεννησίς ἀρνηθῆ· ὅπερ δε σαρκὸς τὸ ὄνομα, ἐκεῖ πάσης τῆς συζασεως ἢ ἁρμονία, χωρὶς ἁμαρτίας. Καὶ ἐπι μὲν τε ὀνόματος τε ἀνθρώπου τὸ πάθος ἴσῳσι καὶ ἐκ ὑπερβαίνουσιν, ὡς γεγραπταὶ ἐν ταῖς ἁγίαις γραφαῖς. περὶ δε τῆς θεότητος τε λόγου τὴν ἀτρέπτοτητα καὶ τὴν ἀφραζοτητα ὁμολογεῖσι. διὰ τῆτο θεολογεῖται μὲν ὁ λόγος, γενεαλογεῖται δε ἀνθρώπος, ἵνα πρὸς ἑκάτερα ἢ ὁ αὐτός, φυσικῶς καὶ ἀληθινῶς· θεὸς μὲν... ἀνθρώπος δε... καὶ θεὸς μὲν λόγος ἐν ἐπιδειξει τῆς ἀθανασίας καὶ ἀφθαρσίας καὶ ἀτρέπτοτητος· ἀνθρώπος δε τῆ προσήλωσει τε σαυρὸς, καὶ αἵματος ῥύσει, καὶ ταφῆ σώματος, καὶ καταβασεὶ εἰς ἅδε ¹⁾, καὶ ἀναστασεὶ τῆ ἐκ νεκρῶν. ἕτως ὁ Χριστὸς ἐκ νεκρῶν ἐγγεγερταί, καὶ θεὸς ὢν ἐγείρει τὰς νεκροὺς. *Cap. 19* *vana dogmata hæreticorum, Marcionis,**

ἡμετέραν ὁδεύσας ὁδὸν, καὶ τὴν καθ' ἡμῶν γενομένην κατοχὴν λυσας, καὶ τῆτο μὲν ἦν τὸ θαύμασον· αὐτὴ γὰρ ἵ χάρις, nec non his: φανεροῦ ὄντος τε περὶ ψυχῆς λόγου ἐν γραφαῖς ἁγίαις, καὶ πληρωθείσης τῆς οἰκονομίας &c.

- 1) Hic mentio quidem fit descensus ad inferos, tamen absque ulla, præ crucifixione, sanguinis profusione, sepultura, resurrectione, gravitate.

Manichæi, Valentini, Pauli Samosatensis, Photini, Arii, inde orta ostendens, quod scripturæ autoritatem excedere, suaque proferre ausi essent, eodemque ex fonte eorum de quibus scribat, oriri errores monens, ita finem libro imponit: ἀρκει δε πισευσαι τοις γεγραμμενοις και γενομενοις, ὡς φησιν ὁ Πανλος· „καθ’ ὁμοιοτητα κατα παντα χωρις ἁμαρτιας. και” ὁ Πετρος δε· „Χρις εν παθοντος ὑπερ ἡμων σαρκι, και ὑμεις την αὐτην ἐννοιαν ὄπλισασθε,” και μη περαιτερω ἐκτεινομενες ἀθετειν ἀληθειαν.

Horum nos duorum librorum argumentum aliquanto fusius exposuimus, quoniam verbis nonnullis ex his libris excerptis præcipue superstructa est hypothesis illa Kingii. Ex hac expositione autem apparebit, hoc argumentum a descensu ad inferos petitum modo occurrere De incarn. capp. 5. 7. 14. 17. 18, et De salutari adventu capp. 14. 15. 17. 18, in his autem, et quidem paucis modo interjectis verbis, tamquam argumentum per se proferri De inc. c. 14. 17. 18, et De sal. adv. c. 17, cæteris vero locis aut ad mortis et resurrectionis rationem aut ad salutis oeconomiam describendam adhiberi; cum contra ea, præter cætera, quibus utitur autor, argumenta, ex sacra scriptura, ex natalitate, incremento, animæ motibus, passione, morte, resurrectione, quæ Christo tribuntur, ex Divinitatis denique natura et dignitate petita, quæ passim inveniuntur, argumentum illud, ex oeconomia salutis perfectæ per Christum toti homini reparandæ petitum, per totam disputationem perductam ubique fere occurrat, nimirum De incarn: capp. 4. 5. 6. 7. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21, De salut. adv. capp. 5. 7. 9. 10. 11. 13. 15. 17, argumento a descensu denique autorem ne unico quidem verbo præstantiam aliquam tribuere, cum contra argumentum perfectæ salutis tamquam gravissimum commemoret ¹⁾). Ex hisce igitur libris recte concludimus, descensum Domini ad inferos vivide ante oculos versatum esse auctori, tamquam ad fidem Christi-

1) Cfr. quæ p. 31 & 32 in notis observata sunt.

anam et ad operam salutis pertinentem; si vero tantam in hac lite ei vim tribuisse illum contenderimus, ut hoc argumento præ cæteris refutari errorem Apollinaristarum existimaverit, a vero certe aberrabimus.

§ 5.

Ex scriptis *Epiphani*i hac pertinet imprimis: *Adversus Hæreses, hæres. 77* ¹⁾.

Post prooemium, in quo dolorem suum præ se fert, quod tam perniciosa hæresis originem traxerit ab homine tam præclaro et Nicænae fidei propugnatore, primum affert, ad hunc errorem refutandum, Athanasii ad Epictetum epistolam, ante a nobis expositam, deinde a capite 14 suam argumentationem incipit.

Cap. 14—18 ostendit stoliditatem eorum, qui, ut Christi evehant gloriam ²⁾, eum doceant carnem ab humana diversam assumisise. Diversam quidem a nostra fuisse docet, quippe peccati expertem, ad cætera autem plane eandem, *ad salutem parandam* (ἐ γὰρ ἄλλο σωμα ὁ κυριος ἔλαβε, καὶ ἄλλο ἡμεῖς ἔχομεν, ἀλλ' αὐτο το σωμα ἐν αὐτῷ πεφυλαγμενον καὶ ἀκραντον διατετηρημενον); in his vero persistendum, ne in vanas et frivolas incidatur quæstiones. Ad eam autem removendam objectionem, quod non liceat dicere *την ἐνσαρκον χριστὸν παρθεσιαν* vel *τελειον ἀνθρωπον Χριστον ἀνεληφεναι*, monet (*Cap. 19*), nullum esse inter vocabula *ἀνελαβεν* et *ἔλαβεν* et *ἀνεπλασατο εἰς ἑαυτον την ἰδιαν ἐνανθρωπησιν* discrimen. *Cap. 20—24* narrat, se, cum Antiochiam venisset, ibique litem inter *Paulinum* episcopum et *Vitalem* Apollinaristam exortam componere studisset, professione fidei orthodoxa a Paulino tradita, *Vitalis*, qui non magis quam alter negaret, Christum perfectum fuisse hominem cum corpore et anima humana, in eo delitescentem deprehendisse errorem, quod diceret, Christum non

1) ed. Petav. Colon. 1682.

2) In hoc igitur studio causam inesse ille existimavit erroris Apollinari.

habuisse mentem humanam, id vero, quod esset perfectus homo, ex eo pendere, quod illi divinitas mentis humanæ loco fuisset; frustra autem se illi persuadere conatum esse, *omnia Christum perfecte assumpsisse in salutem nostram, neque hypostasim in homine esse mentem, sed quasi hypostaseos totius humanæ motricem*. Tum a cap. 25 uberiorem refutationem profert. *Cap. 25. a)* Nihil inde utilitatis redundare, quod mentem habuisse Christus negetur; quodsi mente assumpta Divinitatem minui judicare oporteat, hoc multo magis assumpta carne fieri, ideoque potius accipiendam esse sententiam Manichæorum, qui Christo carnem detrahant, si tales fabulæ amplectandæ sint; rejiciendam vero illam esse, quoniam inde fluat, incarnationem modo specie tenus factam esse. *Cap. 26. b)* Quia incrementa ceperit ætate et sapientia (Luc 2, 52), non posse mentis esse expertem. *c)* Inde quod mentem humanam susceperit, non sequi, ut cupiditates nostras pravas susceperit, contra ex carne suscepta pravitatem potius metuendam; (*Cap. 27*) mentem enim nostram non ad peccatum perpetrandum nobis insitam esse, sed ad verum rectumque cognoscendum et amplectendum, in carne vero sedem esse cupiditatum pravarum; (*Cap. 28*) natura autem humana suscepta non obumbratam esse Divinitatem, e Johannis in utero matris præ gaudio saltatione, ex angelorum choro, e stellæ prodigio, e Magorum adoratione, e cunctis miraculis, (*Cap. 29*) e resurrectione, e victoria de inferno reportata ¹⁾, ex ascensione in cælos satis patere; igitur conjiciendum esse, Verbum divinum perfecte hominem esse factum, ita vero perfectum Deum eundem et perfectum hominem, ut non duo sint Christi, sed unus idemque Deus et homo, neque Verbum homini infusum esse, sed Deum,

1) si vis aliqua hic tribuenda est descensui, non erit ad Christi animam humanam probandam, sed ad ostendendum, neque ibi eum a Divinitate fuisse relictum, cfr. Athan. de sal. adv. c. 14. et §. 17, nec non Athan. de sal. adv. c. 19. n.

de coelo prolapsum, Divinitatis potentia suam sibi affinxisse hominis naturam, id quod verbis illis scripturae significetur: ὁ λογος σαρκὶ ἐγενετο. *Cap. 30.* d) Quæ in scriptura de Christo dicantur, quod intellexerit, quod essurierit, moerorem senserit, et quæ sunt ejusdem generis cætera, mentem in eo humanam testari. *Cap. 31* nec non *34-35.* e) E loco *1 Cor. 2, 16:* ἡμεῖς δε νεν Χριστὸν ἔχομεν, nihil sequi ad Apollinaristarum sententiam probandam; his enim verbis uti non significetur, Apostolum, Christi mentem accipiendo, suam mentem amisisse, huic vero illam superinduisse, quæ ipsum religionis, scientiæ ac divinæ cujusdam et coelestis vitæ ornamentis afficeret et ad recta studia duceret: ita multo magis in Christo Verbum divinum, omnia perfecta in se continens, et corpus et mentem complevisse vel potius perfecisse, καὶ ἐν ἀπασι δια τῆς αὐτῆς ἐνσαρκῆς παρουσίας ἡμῖν το σωτηριον ἐξεργασασθαι. *Cap. 32. 33.* f) Neque hic valere illud *1 Cor 2, 8:* εἰ γὰρ ἐγνώσαν, ἐκ ἀν τὸν κυριον τῆς δοξῆς ἐσαυρωσαν, quoniam Dominus gloriæ appelletur etiam post assumptam naturam humanam, quippe cum hæc post assumptionem a Divinitate non disjuncta fuerit, ita tamen, ut Divinitas nihil passa sit, sed in passione ab homine non sejuncta fuerit, ut salus nostra non in sola carne consisteret, sed a Divinitate simul et carne proficisceretur, quæ in vita, morte, *descensu ad inferos* ¹⁾, resurrectione, ascensione, ad dextram patris, utraque perfecta omnino, arete invicem conjunctæ fuerint (cfr. *cap. 35* sub finem). *Cap. 36-37* alia eorum dogmata commemorat: quod Maria, post editum Christum, consuetudinem cum Josepho marito habuerit, et quod regnum millenarium sit expectandum.

Exstant præterea loca nonnulla libri, qui inscribitur *Ancoratus*, huc referenda, scilicet cc. *33-34* et *76-80*.

Cap. 33. Verum hominem, carne et anima constantem, fuisse Christum, ex functionibus ad carnem et animam per-

1) vide in n. præced. observata.

tinentibus ostendit, quibus et Manichæorum errorem redar-
 gui dicit, ἐν τῷ γὰρ εἶπειν ἐσθιειν καὶ πινειν, σαρκὰ
 ἀληθινὴν ὑποδεικνυσιν, et eorum, quos appellat Luciani-
 stas, qui filium Dei animam assumpsisse negent, et sitim, fa-
 mem, fatigationem, moerorem, quippe quæ sola carne fieri
 non possint, ad Verbum divinum referre cogantur; καὶ αὐ-
 τος, inquit, συμφημι, σαρκὰ καθ' ἑαυτὴν μὴ ἔχειν ταυτὰ. ἔσχε
 δε πᾶσαν τὴν οἰκονομίαν ἔλθων ὁ λόγος, καὶ σαρκὰ, καὶ
 ψυχὴν, καὶ ὅσαπερ ἔστιν ἐν ἀνθρώπῳ, τῆς δε ψυχῆς καὶ
 τῆς σαρκὸς μέρη ἧν πείνα καὶ ὁ καματος, ἡ τε δίψα καὶ
 ἡ λύπη καὶ τὰ ἄλλα. δακρυεὶ μὲν γὰρ, ἵνα ἐλεγξῆ τὴν
 πλανὴν Μανιχαίς, ὅτι ἐδοκῆσει ἡμφιεσο τὸ σῶμα, ἀλλ'
 ἀληθεία. καὶ δίψᾳ δε, ἵνα δεῖξῃ μὴ μόνον τὴν σαρκὰ
 ἔχειν, ἀλλὰ καὶ τὴν ψυχὴν. Cap. 34 idem ex descensu
 ad inferos monstrat: ὅτι δε σῶμα ἔχων καὶ ψυχὴν ἦλθεν
 ὁ λόγος, πεισάτωσαν αὐτὲς αἱ θείαι γραφαὶ παλαιᾶς τε
 καὶ καινῆς. εὐθύς γὰρ Δαβὶδ περὶ αὐτὲ λέγει, καὶ Πε-
 τρὸς Δαβὶδ συνφῶδα· ἐκ εἰσῆς &c. (Ps. 15, 10. Act. 2, 27).
 ἵνα τὸ συνθετὸν τε κυριακὸν ἀνθρώπου νοοῖτο, καὶ σαφῶς
 περὶ τῆς γνώσεως ἡμῶν γενῆται, ἵνα συζησῇ ψυχὴν μὲν
 συνθεοῖται τῷ τριήμερῳ συγκατατεθεισῶν, ἵνα τὴν
 σαρκὰ ὅσῳ ἀποδείξῃ, καὶ τὴν θεοῖτητα συντῇ ψυχῇ
 ἀκατασχετῶς ἐν ἁδὴ τὸ μυστηριον τετελειωκεναι, additis
 præterea Ps. 87, 6. Act. 2, 24; nec non alia loca profert,
 animam in Christo probantia, nimirum Joh. 10, 18. 11¹).

- 1) Hoc loco igitur palam ex descensu ad inferos docet, animam
 tribuendam esse Christo, et verba „εὐθύς γὰρ Δαβὶδ” prodere
 videntur, non parvam eum vim huic tribuere argumento.
 Attamen altera ex parte loca dehinc citata, Joh. 10, 18. 11,
 indigitare videntur, maxime eum etiam in præcedentibus urgere
 vocabulum ψυχῆς, quod hoc quoque confirmatur, quod cap. seqv.
 adversarios facit objicientes, non hinc sibi persvaderi, Chri-
 stum anima humana fuisse præditum, quoniam etiam in scrip-
 tura alicubi commemoratur Dei anima, Esai. 42, 1, ubi per se
 patere retorquet autor, hanc vocem per tropum esse adhibi-

Hæc vero non contra Apollinaristas, sed contra Lucia-
nistas et Arianorum nonnullos disputata sunt; postea contra
Apollinaristas, mentem humanam in Christo denegantes, alia
argumenta profert.

Cap. 76 a) ex 1 Cor. 2, 16: ἡμεῖς δε νεν Χριστῶ
ἐχομεν uti nos, Christi mentem induentes, nostram tamen
retinemus nec exspuimus, sed mente Christi induti no-
stram meliorem reddimus, ita de Christo statuendum es-
se docet, ὅτι ὢν θεός, καὶ ἐν αὐτῷ ὢν νεν, εἶχε τον τε
ἀνθρωπος νεν μετα της σαρκος, καὶ ψυχὴν εἴληφεν. ἐκ νεν
ὡς ἀνθρωπος αὐτον ἐξετρεπεν, ἀλλὰ αὐτός τε νεν κοσ-
μητῶρ καὶ ὀρθῶτης καὶ βελτιῶτης ἐγινετο, qua ex assumptione
mentis nihil detrimenti metuendum, ὡς γὰρ την σαρκὰ
ἐλάβεν, μη ὑπο σαρκος ἠττωθῆις, ἐτώ καὶ τον νεν εἴλη-
φως, ἐκ ὑπο νοός ἠττηται, quin etiam plus esse detrimenti
a carnis quam a mentis assumptione metuendum, ex effatis
scripturæ de perditione carnis ostendit, id quod uberius per-
sequitur c. 79. 80. Cap. 77 b) refutat Apollinaristarum
sententiam, ὑποσασιν esse τον νεν, et hominem e tribus
partibus, a se invicem discretis, constare, quæ sint πνευμα,
ψυχὴ, σαρξ, quæ quidem in homine inesse, sed a se invi-
cem disjungi non posse. Cap. 78 c) ostendit, et vocem
ψυχὴ et vocem σαρξ ad totum hominem significandum in
scriptura adhiberi. d) Ad perfectam hominum salutem per-
fectam humanæ naturæ assumptionem necessariam fuisse: τι
ἐν ἐδοξε τοῖς βελομενοῖς λεγειν τον νεν παρεκβεβλη-

tam. Huc accedit, quod in explicando loco Ps. 15, 10 dubium
relinquit lectoribus, utrum magis inculcare voluerit, animam
humanam in Christo fuisse, an Divinitatem etiam ad inferos
abeunti animæ adfuisse ad perficiendum mysterium, quod jam
ante vidimus eum indigitare, quod vero alibi contra Arianos
disputantem eum invenimus præcipue urgere, scilicet Hæres.
69, 62. ad ostendendam divinitatem Christi, quæ cum humana
natura ad mortis imperium destruendum sanctosque liberandos
cooperata sit.

σθαι;... πως δε ἐκ ἑλλιπῆ ποιείται την ἡμῶν σωτηριαν ὅ τα τοιαυτα διανοεμενος; ἡμεις γαρ ἐ δυναμεθα διανοεσθαι ἕτερον τον νεν εἶναι, ἐδε ὑποξασιν τετον δυναμεθα λεγειν καθ' ἑαυτον, ἄλλα το συνθετον και λογικον και φρονεῖν ἐν ἑκασῳ των πεπλανηνημενων... ὡς ὀφθαλμος ἐν τῳ σωματι, ἕτως νες ἐν ψυχῇ... τι ἐν ἐσι ἀνθρωπος; ψυχη, σωμα, νες, και εἰ τι ἐσιν ἕτερον. τι τοι νυν ἡλθεν ὁ κυριος σωσαι; ἀνθρωπον τελειον παντως. ἀρα ἐν παντα τα ἐν αὐτῳ τελειως ἐλαβεν. Denique e) profert effatum Luc. 2, 52, quippe cum ἐκ ἡ θεοτης ἡλικιας ἐπιδεομενη, ἕτε σοφιας ὑξερσα, ἡ ἕσα σοφια ὄλη. σοφια δε προεκοπτεν τε σωτηρος ἐνανθρωπησις, ἐκ ἐκτος νε ὑπαρκεσα, ἐπειδη ἐδε σοφιασθαι ἡδυνατο. και ἡλικια προεκοπτεν, ἀδουνομενε τε παιδις, ὡς ἐσιν ἀληθες.

Negari igitur non potest, Epiphanium argumentum a descensu contra eos protulisse, qui animam in Christo negarent. Ex iis vero locis, ubi mentio hujus dogmatis fit, Hær. 77. c. 29. 34¹⁾ et Ancor. 34, hic novissimus modo, ut ante monuimus, in censum venire potest. Non urgebimus, hunc locum non adversus Apollinaristas sed adversus Lucianistas, quicumque demum illi fuerunt, prolatum esse; quæ enim contra animam in Christo humanam omnino negantes disputata sunt, ea etiam in eos, qui animam ei rationalem deneabant, transferri posse, facile concedemus; modo monebimus, præter cætera argumenta ab eo usurpata, ex sacra scriptura, a functionibus tum corporis tum animæ, ab incremento, et ad adversarios refutandos et ad doctrinam orthodoxam probandam, petita, et illud perfectæ salutis parandæ argumentum sæpius esse prolatum, Hær. 77 c. 14. 24. 31. 78, nec non autorem ipsum nos edocuisse, quæ argumenta in

1) Quæ in Epist. ad Epict., quam in disputationem suam de Apollinaristis recepit, leguntur, ex hoc dogmate disputata, ad Epiphanium autorem non esse referenda, non est, quod moneamus.

hac lite maximi æstimaverit. Ubi enim in narratione illorum, quæ ipso præsentē Antiochiæ acciderint, se frustra tradit studuisse Vitali persvadere, omnia Christum perfecte assumisse in salutem nostram, neque ὑποστασιν in homine esse mentem, sed quasi totius hypostaseos humanæ motricem, hæc duo illum argumenta præstantissima existimasse, per se patet. Quo fit, ut, tantam eum vim illi argumento a descensu petito tribuisse, existimare non possimus, ut ejus autoritate in symbolum reciperetur, id quod alia etiam ratione posthæc §§ 17. 21. ostendemus.

§ 6.

Gregorius Nazianzenus ad hanc litem pertinentes duas reliquit ad Cledonium epistolas.

Epistola ad Cledonium 1^{ma}.

Novandi studio adversariorum et dolo commemoratis, nec non proposito voto, ne homines isti alios deciperent vicissimque ipsi deciperentur, Dominum nostrum mentis expertem hominem esse docentes, fidem exhibet christianam: εἶδε γὰρ τον ἀνθρωπον χωριζομεν της θεοτητος, ἀλλ' ἕνα και τον αὐτον δογματιζομεν, πρωτερον μεν ἐκ ἀνθρωπον, ἀλλὰ θεον... ἐπι τελει δε και ἀνθρωπον, προσληφθεντα ὑπερ της σωτηριας της ἡμετερης· παθητον σαρκι, ἀπαθῆ θεοτητι, περιγραπτον σωματι, ἀπεριγραπτον πνευματι, τον αὐτον ἐπιγειον και ἔρανιον, ὀρωμενον και νοεμενον, χωρητον και ἀχωρητον, ἐν ὅλῳ ἀνθρωπῳ τῷ αὐτῷ και θεῷ ὅλος ἀνθρωπος ἀναπλασθῆ πεσων ὑπο την ἁμαρτιαν (p. 738¹). Tum decem illa anathemata profert vulgo laudata, quorum decimum in illos, qui in Christo mentem humanam negarent, quibus tum opponit argumentum illud perfectæ salutis reparandæ. Verba ejus hæc sunt: εἰ τις εἰς ἀνεν ἀνθρωπον ἠλπικεν, ἀνοητος ὄντως ἐστι, και ἐκ ἀξιος ὅλος σωζεσθαι, το γὰρ ἀπροσληπτον, ἀθεραπρευτον ὁ δε ἠνωται τῷ θεῷ, τεττο

1) Ed. Morelli Parisiis 1630. Tom. I.

και σωζεται. ει ημους επταισεν ο Αδαμ, ημους και
 το προσειλημμενον και το σοζομενον. ει δε ολος ολω
 τω γεννηθεντι ηνωται, και ολω σωζεται.
 Quibus dictis, postquam alius argumenti interjecit mentionem
 a ratione naturæ humanæ sive notione hominis petiti: μη
 τοιωνν βασκαινετωσαν ημιν της παντελης σωτηριας, μηδε
 οσα μονον και νευρα, και ζωογραφιαν ανθρωπε τω σωτηρι
 περιτιθετωσαν. ει μεν γαρ ανυχος ο ανθρωπος (hoc
 enim dicere Arianos, ut passionem Divinitati tribuant, quoni-
 am videlicet, quod corpus moveat, idem quoque patitur), ει
 δε εμψυχος, ει μεν ε νοερος, πως και ανθρωπος; ε γαρ
 ανεν ζωον ο ανθρωπος. και αναγκη το σχημα μεν αν-
 θρωπειον και την σκηνην, την ψυχην ιππε τινος η βοος,
 η αλλε των ανοητων. τετο γεν εσαι το σωζομενον...
 αλλ' αρκει, φησιν, η θεοτης αντι τε νε. τι εν προς με
 τετο; θεοτης γαρ μετα σαρκος μονης εν ανθρωπος,
 αλλ' εδε ψυχης μονης, εδε αμφοτερων χωρις τε νε, ο
 και μαλλον ανθρωπος: ad idem argumentum salutis perfec-
 tæ urgendum sic revertitur: τηρει εν τον ανθρωπον
 ολον, και μιξον την θεοτητα, ινα με τελεως
 ευεργετης (740-41). Deinde objectionibus nonnullis oc-
 currit, quarum prima hæc est, quod duo perfecta Dominus
 non continuerit. Hoc quidem de rebus corporeis, non de intelli-
 gibilibus et incorporeis valere: σκοπει οτι και ψυχην και λογον
 και νεν και πνευμα αγιον ο αυτος εχωρια, και προ εμς τον
 πατερα και τον υιον και το αγιον πνευμα ο κοσμος
 ετος, το εξ ορατων λεγω και αορατων συζημα. τοιαυτη
 γαρ η των νοητων φυσις, ασωματως και αμεριζως και
 αλληλοις και σωμασι μιγνυσθαι, quod etiam de rebus qui-
 busdam ad sensus pertinentibus valere, exemplis ostendit ex
 auditu, olfactu, visu petitis, quibus simul plura percipiuntur,
 quorum alterum alterum non excludat; occultari quidem in
 Christo animam humanam divinitatis præsentia, ut stellæ oc-
 cultentur a sole, lucerna ab incendio, sed adesse tamen,
 tamquam famulam divinitatis, neque exstingvi (p. 741). Altera

vero obiectio hæc est, quod mens nostra damnata sit. *Τι δαι ἡ σαροξ*, inquit Greg., *ἔκατακοιτος*; quare aut carnem propter peccatum rejiciendam, aut, si hæc, ut sanctificaretur, assumpta sit, *mentem etiam, partem hominis potiore, ut ea quoque sanctificaretur, assumendam fuisse*. Quodsi mens propter peccatum ipsi insidens rejecta sit, ita ut Deus ea de causa carnem modo assumeret, par esse illis ignosci, qui mente peccarent, quippe quod Deus hac re palam ostenderit, mentem nullo modo curari posse. Quin etiam tantum abesse, ut in incarnatione mens respueretur, ut illa etiam, quippe menti divinæ affinior, necessaria exstiterit copula inter divinitatem et carnis molem (p. 742). Ita in incarnationis modum sive rationem cum incidit, ad causam incarnationis perpendendam transiens, postquam ostendit, hanc non in eo petendam esse, ut Deus carne tamquam velo aliquo aut larva egeret, sub qua cum hominibus versaretur, quoniam, ut antea, ita etiam tum potuisset cum hominibus in ignea rubo et forma humana versari, sed in eo, *ut simile per simile sanctificaretur, anima per animam, caro per carnem, mens per mentem*, mentemque docuit ea de causa potissimum assumi debuisse, quod prima peccasset et imprimis salute indigeret, *συ*, inquit, *ποιεις παραπλησιον, ὡσπερ ἂν εἰ ὀφθαλμις ἀνδρωπε πταισαντος και ποδος προσπταισαντος, τον ποδα μεν ἐθεραπευες, τον δε ὀφθαλμον ἀθεραπευτον εἰας*. Quodsi denique quis Deum, remota etiam mente, homini salutem afferre potuisse dixerit, hoc idem eum etiam potuisse, corpore non assumpto, concedendum esse asserit, quemadmodum cætera omnia citra corporis operam operatus sit et operatur, et addit: *ἀνελε ἐν μετα τῶ νῆ και την σαρκα, ἵνα ἡ̃ σοι τελειον το της ἀπονοιας*. (742-43). „Sed litera” inquit, „decipiuntur,” et sic transgreditur ad tertiam objectionem, quod in scriptura legatur: *ὁ λογος σαροξ ἐγενετο*. *Carnem* hic et alibi, non aliter atque aliis locis *animam, συνεκδοχικως* pro toto homine positam esse docet; his autem verbis præcipue prædicari *την τῶ θεῶ περι ἡμας ἀγαπην, ὅτι δι’ ἡμας κατεβη και μεχοι τῶ χειρονος’ σαρ-*

κα γαρ εἶναι ψυχῆς εὐτελεσερον, πας των εὐ φρονεντων ὁμολογησει. το ἐν ᾧ λογος σαρξ ἐγενετο," ἴσον δοκει μοι δυνασθαι τῷ και ἁμαρτιαν αὐτον γεγονεναι λεγεσθαι και καταραν· ἐκ εἰς ταυτα τε κυρια μεταποιηθεντος· πως γαρ; ἀλλ' ὡς δια τε ταυτα δεξασθαι τας ἀνομιαις ἡμων ἀναλαβοντος, και τας νοσεις βασσαυτος. (p. 744). Quæ sequuntur, sunt partim convicia in Apollinarem, quem subordinationem quoque aliquam in trinitate docere autumat, partim purgatio sui et excusatio scribendi, ne videatur tantum malum dissimulare neque per socordiam committat, ut pravum dogma latius serpat ac robur capiat.

Epistola ad Cledonium 2^{da} minoris momenti est, in qua præter nonnulla ad illustrandam Apollinaristarum in dissimulandis pravis suis dogmatibus, ex quibus ne veram quidem carnem Domino attribuant, versutiam pertinentia, autorem modo reperimus taxantem pravum eorum usum locorum quorundam sacræ scripturæ, videlicet 1 Cor. 2, 16. ἡμεῖς νεν Χριστῆ ἐχομεν, ubi per νεν Χριστῆ divinitatem intelligendam esse contendant, et Phil. 2, 7. 8. ἐν ὁμοιωματι ἀνθρωπων γενομενος, και σχηματι εὐρηθεῖς ὡς ἀνθρωπος, quasi his verbis non humana forma significetur, sed fallax quædam species et opinio; nec non pravum usum vocis τελειος ἀνθρωπος, quasi non sit, qui omni ex parte res nostras, excepto peccato, expertus sit, sed illud ἐκ θεο και σαρκος συγκραμα, itemque vocabuli ἐνηνθρωπησε, quasi per id significetur, eum inter homines versatum esse; denique arbitrariam vocabulorum ἀνθρωπος et σαρξ inter se commutationem, unde absurda non possint non prodire; nec non inconstantiam eorum in eo, quod orthodoxos accusent, quod Christum dividant, duas perfectas in eo naturas docentes, cum tamen ipsi Christum dividant, alia ad naturam ejus humanam, nimirum quod genitus, tentatus, fatigatus sit, esurierit, dormiverit, et quæ sunt cætera ejusmodi, alia autem,

quod miracula ediderit, ab Angelis glorificatus sit, tentatorem vicerit, resurrexerit, ascenderit, ad divinitatem referentes. Studium pacis et concordiae testatus literas concludit.

Testis certe gravissimus habendus est Gregorius Nazianzenus et inter adversarios Apollinaristarum magni aestimandus; sed in his ejus epistolis ne uno quidem verbo commemoratur *descensus ad inferos*, cum contra ea per totam epistolam priorem alterum illud urgeri videamus argumentum perfectae salutis reparandae, p. 738. 740. 741. 742-744, idque fere solum proferri, ut, quid illi summum fuerit, dubitari nequeat.

§ 7.

Gregorius Nyssenus praeter duo minoris momenti scripta, *Epist. ad Theophilum*, quae invenitur in opp. Tom. III. p. 262 sqq. edit. Par. 1638, et *Epist. ad Apollinarem*, Tom. II. p. 47. 48, librum reliquit satis copiosum, qui inscribitur *Antirrheticus adversus Apollinarem*, in Zacagnii Collect. Monumentorum vet. eccl. gr. et lat. Tom. I. p. 123-287, in quo librum quendam ipsius Apollinaris sibi per singula eundo refutandum sumsit.

Epistola ad Theophilum. In hac epistola eo imprimis operam impendit autor, ut a Catholicis removeat Apollinaristarum accusationem, quod duos dicerent esse filios Dei, quorum alter esset ab aeternitate cum Deo, alter tempore statuto natus, his propositis argumentis: a) Si inde quod Dei filius in consummatione temporum per carnem humano generi apparuerit, duos sequatur filios esse editos, eodem jure dici posse, tot esse filios, quot apparitiones divinas, quoniam idem sit filius, qui cum Abrahamo sit collocutus, Isaaco apparuerit, cum Jacobo pugnaverit &c.; id autem impium esse et absurdum (p. 262). b) Apparitiones divinas semper adaptatas fuisse hominum conditionibus; his vero novissimis temporibus, cum totus mundus in maligno positus esset, ita curationem suam instituisse verum medicum, *ut quodammodo simul aeger ipse ad naturae nostrae*

ægritudinem se conformaret, et caro fieret (263-64). c) Sed cum in arctissima naturarum conjunctione divinitas incorrupta maneret in humanitate, humanitas vero divinitatis particeps fieret, non de duobus, sed de uno modo Dei filio sermonem esse posse, quo fieri, ut a Paulo, qui crucifixus est, is Dominus gloriæ appelletur, et, qui ab omni creatura coelestium, terrestrium et infernorum adoratur, idem Jesus nominetur (p. 265-66).

Epistola contra Apollinarem iisdem plane verbis legitur in Antirrheth. adv. Apoll. c. 19, quare hic prætereunda erit tamquam fragmentum inde desumptum.

Antirrheticus adversus Apollinarem.

Cap. 1 a verbis Domini Matth. 7, 15 exorsus, postquam ostendit, hunc esse bonum omnis doctrinæ fructum, si ad eorum numerum, qui in ecclesia salventur, fiat accessio, noxium vero, cum ii, qui jam in ea sint, dissipentur; si quis igitur prædicatione sua gregem adaugeat, et ad omnia domus latera vitem extendat, et circum dominicam mensam plantet, erraticos oleastri ramos in olivarum novellas transmutans, mysticas denique virgas in dulcia et grata doctrinæ fluentia injiciat, per quas ita greges faecundentur, ut Labani possessio minuatur, abundet vero pars Jacobi — si quis talem doctrinæ suæ fructum ostendat, hunc vere prophetam esse, utpote qui juxta Dei consilium legem spiritu interpretetur; sin quis contrarium proferat fructum, cum se manifestare lupum sub ovis pelle latentem. *Cap. 2* secundum hanc regulam inquirendum esse dicit, quem fructum protulerit doctrina Apollinaris. Ne vero, quæ in medium proferat, convicia esse videantur, unum dicit se velle ex tractatibus ejus subjungere, qui inscribatur ἀποδείξις περὶ τῆς θείας σαρκώσεως τῆς καθ' ὁμοίωσιν ἀνθρώπου. Ex hujus tituli sensu, accurate jam per se patefacto, ut nihil opus sit per singula eundo disputare, absurditatem dogmatum apparituram esse docet; attamen scripturam primum consulere satius existimans, hanc (Joh. 1, 14. Ps. 84, 10. 1 Tim. 3, 16) nos certiores

facere ostendit, ὅτι αἰεὶ ἀτρέπτον ὄν το θεῖον τῆ ἕσια
 και ἀναλλοιωτον, ἐν τῆ τρεπτη και ἀλλοιμενη γινεται
 φησει, ἵνα τῷ ἰδιῷ ἀτρέπτῳ τὴν ἡμετεραν πρὸς
 το κακον τροπὴν ἐξιασηται, illum autem asserere,
 deum non fuisse in carne manifestatum (quod idem sit, ac si
 diceret carnem factum non fuisse Verbum, quod in hominum
 forma cum hominibus conversatum est) sed divinam quandam
 incarnationem Verbo affinxisse, idque dubio adeo sermone,
 ut incertum relinquatur, utrum mutationem divinitatis a sim-
 plici sua et compositionis experte natura in carneam solidita-
 tem transformatae intelligat, an potius, manente in se ipsa
 divina substantia, aliam quandam apparuisse dicat incarnatio-
 nem divinam in humanæ et divinæ naturæ confinio positam,
 quæ nec Deus esset nec homo, sed ex utroque quodammodo
 participaret, et quatenus incarnatio esset, humanitati affinis
 atque cognata existeret, quatenus vero divina esset, humanæ
 naturæ modulum longe superaret; talem vero substantiam
 neque Deum esse posse docet (divinitatem enim secundum natu-
 ram suam esse simplicem et a compositione prorsus alienam), ne-
 que hominem, quippe cum homo non dicatur, nisi qui ex
 corpore humano et anima humana intellectuali compositus sit;
 ubi vero hæc duo non conjuncta intelligantur, ibi non esse,
 in quem hominis nomen conveniat. His in tituli illius verba
 περὶ τῆς θείας σαρκώσεως disputatis, *Cap. 3* ad verba,
 καὶ ὁμοιωσιν ἀνθρώπου, se convertens, non
 minorem his inesse absurditatem ostendit; hoc vero im-
 primis apparere, ubi quærat, quo tempore facta sit incar-
 natio illa; si enim ultimis diebus, obstare mysterium virgi-
 nitatis, secundum quod non ad similitudinem hominis sed di-
 vina potestate et Spiritu sancto incarnatus sit; sin facta esse
 statuatur ante omnia sæcula, contradictionem in eo inesse,
 quod facta esse statuatur in similitudinem ejus rei, quæ non
 existeret. Quibus disputatis, cum ostendisse sibi videatur,
 illum titulum non certum ullum sensum exhibere, ad ipsum
 tractatum examinandum se transire dicit *Cap 4*, ita tamen,

ut silentio non præterire se posse dicat, quam talia scribendi causam prætexerit in prooemio illius tractatus Apollinaris, quod videlicet Christianos non oporteat in sola fide perstare, sed in religionem accurate inquirere, ne in ethnico- rum et Judæorum opiniones incidant ¹⁾, ideoque se ad scribendum esse perductum, quod, cum jamdudum apud infideles et hæreticos promulgatum esset, Deum non posse fieri hominem neque in passionibus humanis versari, in ecclesiam ipsam ex hæreticorum commentis sub veræ fidei specie irrepserit, quod Christus *divinus homo* appellaretur; se enim (Gregorium), cum neminem cognitum habeat, neque ecclesiæ catholicæ addictum neque hæreticum, qui Christum *divinum hominem* appellaverit, non dubitare, quin Apollinaris hæc ipse confinxerit, ut aditum sibi faceret, contra imaginariam illam hæresin certando, ad proprium dogma proferendum. *Cap. 5* refutationem ipsam aggreditur. Monstrat, doctrinam Apollinaris nullam afferre utilitatem, consequentias autem, quibus nullæ irreligiosiores, inde prodire; eo enim tendere, ut Divinitatem in Christo passam mortuamque esse persvadeat, quod si admittatur, illud inde sequi absurdum, cum una sit Divinitas, et omnes Dei perfectiones in unigenito fuerint, quæque patris sunt, eadem sint filii, ut, si in filio divinitas mortua sit, simul omnes in Deo patre perfectiones extinctæ esse existimandæ sint; sin vero, ut unum ex pluribus afferamus, aliam potentiam mortem subiisse, aliam vero immortalem perman- sisse, statuendum sit, tum nequaquam in filio esse potentiam patris, et falso igitur dictum esse, quæ sunt patris, eadem cuncta esse filii, et sic porro. *Cap. 6* absurditatem monstrat ejus commenti Apollinaris, quod Christus non sit terrenus homo, sed de coelo descenderit, et tamen appelletur ho-

1) Igitur, ut ab Epiphanio indigitatur, causam erroris quærendam esse in studio Christum altiore gloria celebrandi, ita ex ipsius verbis patet, eam quærendam esse in studio fidem Christianam philosophiæ opera firmandi.

minis filius; quodsi hominis filius de coelo venerit, necesse esse docet, in coelo sit alius aliquis homo, pater illius; si vero qui de coelo descenderit, hominis filius sit, qui autem ex Maria de semine Davidis secundum carnem natus sit, hominis filius *appellatur*, falso eum dici dei filium, quoniam ille filius, nec coelestis nec terrestris, nihil habeat cum divinitate commune. Neque necessariam neque veram denique esse propositionem Apollinaris, in qua quasi in summam colligat, quæ de hac materia disputet: nimirum tum præcipue censendum esse eundem et Deum et hominem, si et de coelo filius hominis sit et ex muliere filius Dei; neque enim divinitatem esse rem terrenam, neque humanitatem coeleste quid, e coelo autem virtutem Altissimi per spiritum sanctum naturam humanam obumbravisse, hoc est, in ea efformatum esse, ex immaculata vero virgine carnis portionem coaluisse, et hoc pacto, quod in ea natum esset, filium Altissimi esse vocatum, divina quidem potentia humanæ naturæ cum Altissimo affinitatem, carne vero cum homine cognationem Deo conciliante 1). *Cap. 7* in eo, quod dicat Apollinaris, Verbum suscepisse carnem humanam eandemque animatam, inesse docet, quod integrum hominem suscepit, *ἐδεν γὰρ παρα τὴν νοεραν φύσιν τῆς ἀνθρώπινης ψυχῆς ἐξεν ἰδιωμα, δια το ἐν πασι τοῖς ἄλλοις κοιινωνίαν εἶναι ἡμῖν πρὸς τα ἄλογα.* *Cap. 8* idem illustrat ex notione vocabuli „carnalis”, quo non significetur aliquid esse „mentis expers” sed „immodice ad carnis opera procliue,” coll. 1 Cor. 3, 2. 3. *Cap. 9-10* refutat Apollinarem, ad verba formulæ nicænæ: *ἐξ ἑώρας καταβαντα και σαρκωθεντα και ἐνανθρώπησαντα*, provocantem, indeque, hominem de coelo venisse, probare studentem; ex his enim verbis *καταβαντα και σαρκωθεντα* effici, ut non ante, sed

1) Quæ his duobus capp. continentur, fusius exposuimus, ut exemplo essent artis dialecticæ autoris, per totum librum perductæ; quæ hujusmodi absque ullo ad rem nostram illustrandam pretio in sequentibus occurrant, breviter transibimus.

post descensum demum exstiterit caro. *Cap. 11-15* taxat pravam Apollinaris explicationem effatorum scripturæ **1 Cor. 15, 47. Joh. 8, 58. 1, 15. 1 Cor. 8, 6. Col. 1, 17**, oppositis imprimis **Esa. 9, 6. Luc. 2, 12. 52**, quæ incrementum naturæ prodant, et **Joh. 1, 1. 14**, quæ doceant, Verbum in principio fuisse apud Deum, ipsum Deum, sed in ultimis diebus, præ amore, quo humanum genus complecteretur, carnem factam esse, et propterea humanitate temperatum esse, omnemque in se naturam nostram suscepisse, *ἵνα τῆ προσ το θειον ἀνακρασει συναποθεωρηθῆ το ἀνθρωπινον, δια της ἀπαρχης ἐκεινης παντως συναγιαζομενε τε της φυσεως ἡμων φυραματος.* *Cap. 16* monstrat, Apollinarem in **Eph. 1, 7** falso urgere verba *δια τς αίματος αὐτε*, nec non citato loco **Luc. 15, 4. 5** de pastore agnum devium quærente et in humeros ponente, docet Christum non pellem ovis, ut velit Apollinaris, sed totam ovem in se posuisse i. e. *totum in se suscepisse hominem, ut salvaret, quod perierat*; quoniam vero bonum pastorem oporteret, pro ovibus animam ponere, (*Cap. 17*) morte, quæ non aliud sit quam disjunctio animæ et corporis, ita eum saluti suorum prospexisse, ut, *corpori et animæ se ipsum impertiens, corpore infringeret corruptionem, anima latroni aperiret paradysum, quod enim corpore et anima operaretur, id in commune naturæ nostræ beneficium gratiamque cedere, cum moriendo corpus traderet terræ, animamque, manui patris traditam, poneret, verum iterum resurgendo omnia disjuncta conjungeret*¹⁾. *Cap. 18*, postquam perperam explicari **Zach. 13, 7. Hebr. 1, 1** ostendit, *Cap. 19* inde

1) Hac occasione, cum in propinquo fuisse videatur, ut descensum ad inferos commemoraret, tantum abest ut de eo mentionem faciat, ut ad concilianda effata domini **Luc. 23, 43 et 46**, luculenter dicat: *ὁ γαρ ἄλλοθι πς πιεσειν χορη την θειαν ἐκεινην εἶναι διαγωγην, ἢ παραδεισος ληγεται, εἰ μη ἐν τη πολυχωρα τε πατρος παλαμη.*

quidem, quod Christus dicatur της δοξης ἀπανγασμα και χαρακτηρ της ὑποστασεως, sequi docet, ut Apollinaris, cum dicat, eum non habuisse animam humanam, blasphemis Deum patrem appetat: παντως γαρ, εἶπερ το ἡμιν φανεν παρα της δοξης τε πατρος ἀπηνυγασθη, και ὁ χαρακτηρ αὐτε της ὑποστασεως σαρξ ἐστι, σαρκωδης ἐκ τε ἀκολεσθε και ἡ τε πατρος φυσις κατασκευαζεται. εἰ γαρ ἂν εἶποι χαρακτηριζεσθαι μιν σωματι το ἀσωματον· ἐκ δε τε ἀορατε το ὄρατον ἀπανγαζεσθαι, ἀλλ' οἷα ἡ δοξα, τοιστον δηλονοτι και το ἀπανγασμα &c.; nec non pravam eius taxat applicationem vocis, fide Nicæna receptæ: ὁμοσιος. Cap. 20-21, Christum non ab æterno fuisse hominem, ex Phil. 2, 7-10 demonstrat. Porro Apollinaris dixerat, Christum non esse perfectum deum cum perfecto homine. Hoc autor Cap. 22-29 ex notione hominis refutat, quippe quum Christum, si homo dicatur, etiam perfectum hominem fuisse, mentis haud expertem, necesse sit: το δε ἀληθες τε ὀνοματος (ἀνθρωπε) ἐν τῷ λογικῷ εἶναι ζῶον τον ἕτω κατονομαζομενον, ἐπιδεικνυται· ὁ δε λογος ἐκ διανοιας παντως, ὡσε εἰ ἀνθρωπος, και διανοητικος ἐξ ἀναγκης· εἰ δε εἰ διανοητικος, εἶδε ἀνθρωπος (cap. 22)... πῶς δ' ἂν εἶποι τις εἶναι ἀνθρωπον, τον της ἀνθρωπινης ἐστιας ἄλλοτριον; ... ὁ δε κυριωτατον ἀφαιρων τε ἀνθρωπε, τετο δε ἐστι ὁ νος, κτηνος ἀπεδειξε το λειπομενον· το δε κτηνος, ἐκ ἀνθρωπος (cap. 23); citatis denique cap. 29 verbis Joh. 10, 18, ὡσε εἰ, inquit, ψυχην ἔχει ὁ κυριος, ἣν καθ' ἑξῆσιαν και λαμβανει και ἀποτιθεται ψυχην δε εἰ κτηνωδη και ἀλογον, ἀλλα τε ἀνθρωπινε συγκριματος, ὁμολογεῖται παντως ἐν τῷ ἀνθρωπινῃ προσειληφεναι, και διανοητικῃν εἶναι. Atamen cap. 22 illud quoque argumentum a functionibus et proprietatibus humanis, quæ in illo commemorantur, petitum interjicit; neque vero cap. 26 in fide catholica proponenda argumentum perfectæ salutis omittit: τον γαρ ἡμετερον ὄυπον εἰς ἑαυτον ἀναλαβων, ἐκ αὐτος ἐμμολυνεται τῷ μiasματι, ἀλλ' ἐν ἑαυτῷ καθαρίζει τον

ὄντων. *Cap. 30* denique ex proposita nobis **1 Cor. 15, 22.** **1 Thes. 4, 14** cum Christo similitudine ostendit, mortem Christi fuisse eandem, quæ nostra sit, corporis animæque disjunctionem, nostramque cum perfecte naturam assumsisse: ἐξην ὅπερ ἡμεῖς ἐσμεν καθ' ἑσῖαν, καὶ ὁ ὑπερ ἡμῶν ἀποθανόντων ἦν, ἃ προκεῖται τοῖς ὁμογενεσὶν ἢ μιμητοῖς. *Cap. 31-32* duas in Christo voluntates exhibet, humanam et divinam, ex preceatione ejus **Luc. 22, 42**; quem locum perperam explicaverat Apollinaris.

In sequentibus maxime arte dialectica, verba adversarii premente, absurditatem eorum, quæ professus erat Apollinaris, ostendit; quorum igitur modo ea, quæ universalioris argumenti videntur, delibabimus. Ita *Cap. 35* in tripartitæ hominis naturæ, ab Apollinari prolatae, divisionis mentionem incidens, primum ex doctrina Pauli (**2 Cor. 4, 16**) ostendit, ex duabus hominem constare partibus, homine externo et interno; deinde vero, etiamsi divisio illa tripartita concedatur, nihil tamen effici, nisi simul ostendatur, unde suscepta sit caro, et qualis fuerit anima, rationabilis an irrationabilis, quodsi enim caro non carne sit genita, anima vero sit mente destituta, in similitudinem hominis incarnationem non factam esse (nam πὼς ὁμοιοῦται τῇ φύσει, τὸ μὴ μετοχοῦν τῆς φύσεως;), neque hominem dici posse Christum (cfr. *cap. 46-49*, ubi etiam commemorat blasphemam Apollinaris ad orthodoxos irridendos conclusionem, quod Christus, si nos ex tribus partibus constamus, ille vero, superaccedente Divinitate, ex quatuor, non ἀνθρώπος sit nominandus, sed ἀνθρώποθεος ad instar Minotauri). *Cap. 54-55*, cum assererent adversarii, orthodoxos dicere, hominem passum esse, non Deum, divinitatem quidem ipsos fateri dicit in eo, qui passus sit, infuisse, non vero impatibilem naturam evasisse patibilem; tum, incarnationis ratione eodem fere modo ac *cap. 6* proposita, divinitatem docet non genitam esse, neque resurrectione ei opus fuisse, neque passam esse, sed in hominis generatione una cum illo in lucem editam, in eo, quod

homiuem resuscitavit, una resurrexisse, et per unionem hominis passionem sibi propriam fecisse: divinam naturam, et corpori et animæ unitam, a neutro recessisse, neque enim omnino aliud quidquam nisi peccatum, quod in Christo non fuerit, hominem a conjunctione cum Deo separare; quod vero corpori unita fuerit, inde patere, quod post mortem caro incorrupta manserit, quod animæ, inde quod per illam latroni ad Paradisum via patefacta sit ¹⁾. Impleto vero incarnationis mysterio, *της θειας δυναμεως τῷ διπλῷ της ἀνθρωπίνης φύσεως ἐγγενομένης, και δι' ἑκατέρου τῷ συγγενεὶ μερεὶ τὴν ζωοποιον ἐναποθεμένης ἐνεργειαν, δια μὲν της σαρκος τῷ σωματι, δια δε της ψυχης τῇ ψυχῇ, της νοηρας λεγω, και ἐ της ἀλογε, κτηνωδες γαρ και ἐκ ἀνθρωπινον ἐσι το ἀνοητον* tunc, inquit, ἢ ἐξ ἀρχης ἐγκραθεισα τῷ σωματι και τῇ ψυχῇ θεοτης, και μεχρὶ παντος παραμεινασα, ἐν τῇ ἀναστασει τε κειμενε ἐγειρεται, και ἔτω Χριστος ἐκ νεκρων ἐγηγεσθαι λεγεται, ὁ αὐτος και ὢν Χριστος και γενομενος...; divinitatem autem dicit in morte et resurrectione homini unitam mansisse, ὡς τὴν των σωμάτων φύσιν δια τε σώματος, τὴν δε των ψυχῶν δια της ψυχῆς ἐξιασαι το. παλιν δε δι' ἑαυτης το διακεκριμενον ἐνωσασα ἐν τῷ ἐπαιρομενῷ ἀνίσταται. Corpus autem et animam, quæ propter peccatum Adami per mortem essent separata, tali modo iterum uniri opus fuisse; hoc esse, quod dicat Paulus, „Christum resurrexisse a mortuis primitias dormientium, et sicut in Adamo omnes moriamur, ita in Christo omnes vivificari;” quemadmodum enim, arundine in duas partes scissa, si in una extremitate quis partes discissas conjunxerit, totas conjunxerit usque ad extremitatem alteram; sic naturam humanam, ab altera extremitate in Adamo per peccatum scissam, anima a corpore morte separata, ab altera extremitate, qua ad Christum pertingat, in pristinum statum restitui, scissura

1) Quæ in cap. 17 observata sunt, hic repetenda.

in resurrectione Christi hominis composita; quapropter, si illum, sponte mortem pro nobis subeuntem, non necessaria naturæ nostræ communi morte (hanc enim et invitis accidere) sed voluntaria, quæ in potestate nostra posita sit, imitemur, resurrectionem quoque ejus nos imitaturos, *συνεταφημεν γαρ αὐτῷ, φησι, δια το βαπτισματος εἰς τον θανατον, ἵνα τη μιμησει το θανατε ἐπακολουθησῃ ἢ της ἀναστασεως μιμησις.* Post nonnulla minus gravia adjecta librum concludit, cap. 59 lectores ad ipsius Apollinaris scripta ablegans.

Hic liber, quamquam maximi pretii est ad cognoscenda Apollinaris dogmata ex ipsius effatis, et ad artem illius temporis dialecticam æstimandam, quo nostrum non erat, ut hoc quidem loco respiceremus, tamen non minoris momenti est ad nostram sententiam confirmandam. Autorem enim illustrissimum videmus et qui nihil prætermittat, quod ipsius quidem judicio ad absurditatem illius hæreseos ostendendam conferret, cætera illa argumenta, ex sacra scriptura, a Divinitatis natura et dignitate, ab hominis notione et natura, a functionibus humanis Christo attributis, a mortis ratione petita, magna cum arte proponentem, sed ne uno quidem in loco descensum ad inferos commemorantem, eundem vero ad argumentum illud perfectæ salutis reparandæ ubique redeuntem, cap. c. 2. 15. 16. 17. 26. 54-55, quemadmodum in Epist. ad Theoph. p. 263-64.

§ 8.

Ex scriptis *Ambrosii Mediolanensis* huc pertinet liber *de incarnationis Dominicæ sacramento.*

Cap. 1. Dum de sacrificiis Caini et Abelis agit, hoc docet ideo magis placuisse Deo, quod animo fideli oblatum sit, quodque præfiguraret piaculum a Christo offerendum, „agnum Dei, qui tollit peccata mundi,” in Caino autem omnes extra ecclesiam constitutos esse præfiguratos. *Cap. 2* hæreticos recenset, Judæos, Arianos, Eunomianos, Sabellium,

Marcionem, Valentinum, Paulum Samosatenum, Basilidem, Novatum, Donatum, „illos denique, qui animam rationabilem ab incarnationis Dominicæ segregant sacramento, naturam hominis ab homine segregare cupientes.” Hinc contra Apollinaristas eum loqui jure concludimus. *Cap. 3*, accusata auditorum ad audiendum segnitie, vim explicat verborum: „in principio erat Verbum.” *Cap. 4*, variarum hæresium inter se relatione proposita, verba commendat Petri: „Tu es filius Dei,” tamquam fundamentum ecclesiæ. *Cap. 5* innumeras docet esse hæreticorum sectas, omnes autem eam excludere fidem, quod Christus sit Dei filius, et sempiternus ex Patre, et natus ex Maria virgine, qui, „cum Deus semper esset æternus, incarnationis sacramenta suscepit, non divisus, sed unus, quia utrumque unus et unus in utroque, hoc est, vel divinitate vel corpore: non enim alter ex Patre, alter ex Virgine, sed idem, aliter ex Patre, aliter ex Virgine.” Alteram naturam alteri non obstare, „patiebatur enim et non patiebatur, moriebatur et non moriebatur . . . peccatum omnium factus, peccata generis abluerat humani, mortuus est, ut illius mors vita fieret mortuorum. Sed nec sepulchrum quidem ejus miraculo caret; nam cum esset unctus a Josepho et in ejus monumento sepultus, novo opere quodam ipse defunctus defunctorum sepulchra reserabat; et corpus ejus jacebat in sepulchro, ipse autem, inter mortuos liber, remissionem in inferno positus, soluta mortis lege, donabat. Erat ergo caro ejus in monumento, sed virtus ejus operabatur e coelo. Ostendebatur omnibus per corporis veritatem, quia non caro erat Verbum, sed caro erat Verbi. Caro quidem gustavit mortem, sed impassibilis Dei virtus, et si exiit corpus, nullum tamen de corpore Deo damnum. Cur divinitati adtribuis ærumnas corporis et infirmum doloris humani, et divinæ connectis naturæ? „Nunc anima,” inquit, „mea turbata est.” *Anima* turbata est, non sapientia; immutabilis enim manebat sapientia, etsi circumdaretur amictu carnis . . . denique etiam in inferno positus vitæ lumen fundebat æternæ. Radiabat

enim illis lux veræ sapientiæ, illuminabat infernum, sed inferno non claudebatur ¹⁾),” Sapientiam enim nec loco nec tempore circumscribi. *„Ergo splendori gloriæ non permisceas nostræ atramentum naturæ, non luci nebulam humanæ carnis offundas. Rursus passionem prædicans, si nequaquam id quod est passibile recognoscas, pietatem Domini refellisti, salutem tuam negasti..; quod enim caro Verbi patiebatur, vel manens in carne Dei Verbum patiebatur carne, sicut scriptum est: „Christo in carne passo,“” in se utique pro corporis assumptione referebat, ut quæ nostra sunt, in se ipse susciperet, et suis circumvestiret humana. Recte igitur secundum naturam suam et caro passa est, nec ea corporis passione Verbi natura mutata est, in veritate enim nostra est resurrectio, et ideo in veritate Christi passio prædicatur.”* *Cap. 6*, commemoratis illis, qui *„in phantasmate venisse Jesum,“* illisque, qui *„aliud esse, qui ex Deo patre natus sit, aliud, qui sit generatus ex virgine,“* nec non illis, qui *„aliud Dei Verbum esse, aliud Dei filium esse,“* prædicarent, ad eos se convertit, *„quibus etiam toleratiores Ariani,“* *„qui unius naturæ corpus esse et Divinitatem dicerent ²⁾.”* Variis igitur scripturæ lo-

1) Descensus ad inferos; non vero ad animam vere humanam, sed ad indissolubilem naturarum in eo conjunctionem probandam; ad illam probandam, præter auctoritatem scripturæ, nihil aliud habet argumenti, quam incarnationis consilium et salutis parandæ conditionem, ad quod etiam hoc loco statim provocat: *„rursus passionem prædicans, si nequaquam &c.”*

2) Apollinarem non nominatim designat, sed certo quodam cum adversario rem se habere, quamvis nomen silentio prætermittat, ostendit, ubi dicit: *„legi in cujusdam libris sic positum, et organum et eum, a quo movebatur organum, unius in Christo fuisse naturæ. Quod ideo posui, ut ex scriptis nomen deprehendatur auctoris, et advertant, quamvis exquisitissimis argumentis et phaleratis sermonibus non posse vim veritatis obduci. Et hic mihi fréquenter Nicæni concilii tractatum se tenere commemorat.”* Hunc adversarium, illorum librorum au-

eis, quibus Christi natura humana indigitatur: 1 Pet. 4, 1. Es. 7, 14. Luc. 1, 35. Rom. 1, 2. 3. Gal. 4, 4. 2 Tim. 2, 8 allatis, hos refutare studens, ad locum denique Joh. 1 explicandum transgreditur: „Verbum caro factum et habitavit in nobis, id est, inquit, in natura humana,” quare etiam eum dictum esse Emmanuel, neque ita intelligendum, ac si Verbum vere in ossa et sanguinem mutatum sit, nec aliter sumendum, ac ubi dicatur peccatum factus, non quod in peccatum conversus sit, sed quod peccata nostra susceperit. Inter hæc vero consilium conjunctionis divinæ humanæque in Christo naturæ proponit: „Ergo ex nobis accepit, quod proprium offerret pro nobis, ut nos redimeret ex nostro; et quod nostrum non erat, ex suo nobis divina sua largitate conferret. Secundum naturam igitur se obtulit nostram, ut ultra nostram operaretur naturam. De nostro sacrificium, de suo præmium est, multaque in eodem et secundum naturam invenies et ultra naturam. Secundum conditionem etenim corporis in utero fuit, natus est, lactatus est, in præsepio est collocatus, sed supra conditionem virgo concepit, virgo generavit, ut crederes, quia Deus erat, qui novabat naturam, et homo erat, qui secundum naturam nascebatur ex homine.” Hæc vero magis etiam cap. sequenti. Cap. 7 eorum aggreditur objectiones, qui dicerent, Christum animam non suscepisse rationalem: a) quod metuendum esset, ne Christus, si animam humanam susciperet, „sensu laberetur humano, quia concupiscentia carnis legi mentis repugnaret;” „Qui vero alios a carnis lubrico vindicabat, numquid formidare poterat, ne etiam ipse dominatu quodam carnis istius vinceretur? Sed carnis istius, sicut volunt, formidabat illecebras. Ergo et carnis susceptionem declinare debuerat, ne

forem Apollinarem esse (vel saltem unum ex asseclis), et per se patet, et palam facere autores Benedictini studuerunt, notantes, Leontium Byzantinum in *libr. adv. fraudes Apoll.* hæc eadem verba ex oratione quadam Apollinaris afferre. De nominis omissione cfr. quæ notata sunt in *Athanas* p. 6.

ad lubricum traheretur erroris; sed quomodo lubricum poterat timere peccati, qui peccatum remissurus advenerat? qui alios regebat, se regere ipse non poterat?" b) Quod verendum sit, „ne, si duos principales sensus aut genuinam sapientiam Christo tribuamus, Christum dividamus.” Sed „num quid, cum et divinitatem ejus adoremus et carnem, Christum dividimus? numquid etiam cum dicimus, „quia animam rationabilem et intellectus nostri susceperit capacem, dividimus eum? Non enim ipse Deus Verbum pro anima rationabili et intellectus capaci in carne sua fuit, sed animam rationabilem et intellectus capacem et ipsam humanam et ejusdem substantiæ, ejus nostræ sunt animæ, et carnem nostræ similem, ejusdemque, cujus caro est nostra, substantiæ suscipiens Deus Verbum perfectus etiam homo fuit, sine ulla tamen labe peccati, quia peccatum ipse non fecit, *sed pro nobis peccatum factus est, ut nos essemus justitia Dei in ipso. Caro ergo ipsius et anima ejusdem, cujus anima nostra caroque, substantiæ est.*” c) Quod Timendum sit, „ne tetrads videatur induci pro trinitate.” Sed eos potius, qui carnem Christi unius cum divinitate ejus dicunt esse substantiæ, tetrada inducere, „non enim quod ejusdem substantiæ est, unus, sed unum est, nam utique filium ejusdem cum patre substantiæ confitentes in tractatu concilii Nicæni non unam personam, sed unam divinitatem in patre et filio crediderunt,” ita illos quartum increatum, quod adoremus, inducere, cum sola increata sit divinitas trinitatis. Ita propositis rationibus Apollinaristarum, et quomodo ab autore refutantur, non prætermitemus adjicere, quo modo, quibusque argumentis, inter primam illam objectionem refutandam, incarnationem Domini exponat. Post illa refutantis verba, quæ sub litera *a* excitavimus: „sed quomodo lubricum poterat timere peccati, qui peccatum remissurus advenerat?” ita docendo continuat: „Et ideo, cum susceperit carnem hominis, consequens est, ut perfectionem incarnationis plenitudinemque susceperit; (1.) nihil enim in Christo imperfectum. *Suscepit itaque carnem, ut resuscita-*

ret: adsumsit animam, sed animam perfectam, rationabilem, humanam adsumsit et suscepit. (2.) Nam quis potest negare, quod suscepit animam, cum ipse dicat: „animam meam pono pro ovibus meis, et iterum: propterea me Pater diligit, quia ego pono animam meam, ut iterum sumam illam?“ Non per parabolam hoc dicitur, nec perfunctoria significatione, in qua aliud dicitur, aliud intelligitur, sicut illud: „Neomenias et sabbata vestra odit anima mea;“ licet etiam illud ad Christi animam posset referri, quæ ideo posita est, ut aboleret Judaicæ superstitionis errorem, et unius sacrificii institueret veritatem. Sed de hoc dubitent prophético, evangelicum hoc refutare non possunt de animæ proprietate dictum, cum de morte Domini et resurrectione sit dictum; denique addit: „nemo tollit eam a me, et potestatem habeo iterum sumendi eam.“ Eandem igitur ponit, quam suscepit. (3.) Suscepit, dico; non enim Verbum ipsum Dei vivum *in sua carne ad nostræ animæ vicem factum est; sed sicut carnem nostram, ita et animam nostram perfectam naturæ humanæ adsumptione suscepit. Adsumsit, inquam, animam, ut incarnationis suæ benediceret sacramento: suscepit affectum meum, ut emendaret.* (4.) Quid autem opus fuit, carnem suscipere sine anima, cum utique insensibilis caro et irrationabilis anima nec peccato est abnoxia, nec digna præmio? Illud ergo pro nobis suscepit, quod in nobis periclitabatur. (5.) *Quid autem mihi prodest, si totum me non redemit?* Sed totum me redemit, qui ait: „mihi indignamini, qui totum hominem sanum feci in sabbato?“ Totum me redemit, quia in virum perfectum fidelis non ex parte, sed totus resurgit.“ Quæ deinde usque ad finem libri capp. 8-10 disputantur, non ad hæresin Apollinaristarum, sed ad quæstionem ab Arianis nonnullis prolatam, quomodo genitus et ingenitus, pater et filius, ejusdem possint esse naturæ, pertinent; quod etiam autor ipse disertis verbis, quibus incipit cap. 8: „Concluseram librum, sed religionis fuit &c.“ satis indicat; quare

hanc disputationis partem a nobis omitti, res proposita jubet.

Ex quo hujus libri argumento patebit, neque Ambrosium Mediolanensem vim ullam ad animam Christi rationalem probandam tribuisse descensui ad inferos, quamvis eum uno loco, cap. 5, ad conjunctionem naturarum, poetice magis quam argumentando, ostendendam commemoret; per totam autem disputationem, capp. 5. 6. 7, argumentum illud perfectæ reparandæ salutis ei ante oculos obversari.

§ 9.

Transimus nunc ad *Johannem Chrysostomum*, cujus *Epistola ad Cæsarium* hic nobis exponenda est. Etenim cum Walchius ¹⁾, respectu ad hanc epistolam habito, Chrysostomum inter adversarios Apollinaris numeret, illius mentionem prætermittere nolimus, quamquam et tempus, quo scripta est, et argumentum et ipsius auctoris passim interjecta verba, eam non tam adversus Apollinarem et illi proprie adhærentes, quam adversus sectam aliquam, ab errore Apollinaris derivandam et ad illum prope accedentem, quæ naturarum confusionem traderet, exaratam esse ostendunt. Scripta enim est tempore secundi exilii Chrysostomi, ultra viginti igitur annos post Apollinarem Constantinopoli postremo condemnatum, quo quidem tempore nemo, si eo usque doctrinam ecclesiæ fideliter est amplexus, in hæresin proprie Apollinaristicam incidisse putandus est ²⁾; auctor autem ubique contra confusionem naturarum, non contra animæ humanæ in Christo denegationem pugnat; quin etiam, quamquam „ductorem hujus hæreseos” Apollinarem nominat ³⁾, eam tamen disserte ab Apollinarismo disjungit ⁴⁾: „*μὴν τε ἐντεθεν ἀποτελεσθῆναι φύσιν, τετο θαυμασείε τε παρα-*

1) Entwurf einer vollst. Gesch. d. Kez. III. p. 224.

2) p. 14. 15 ed. Basnage. Roterod. 1694.

3) pag. 17.

4) p. 16. 17.

φρονος *Απολιναρις ἀτοπημα*,” et posthæc: „ad priorem ordinem regredere, ab abominabili illa abstinens opinione, quæ est Apollinaris et eorum qui Synusiastæ dicuntur 1).”

Si vero de argumentatione auctoris quærimus, videmus, eum duas naturas ex notione unionis, quæ duo unienda præsupponat, adjecta sed perobscure salutis parandæ mentione 2), ex functionibus humanis Christo attributis 3), ex compluribus scripturæ locis, Mal. 3, 6. Joh. 8, 40. 1, 14. 1 Cor. 2, 8. Matth. 26, 38. 39. 41. Luc. 24, 39. Matth. 16, 16. 4), demonstrare; nec non ipsa in morte pie confitendum esse, „Christum in divinitate perfectum et in humanitate perfectum, unum filium unigenitum, non dividendum in filiorum dualitatem, portantem tamen in semetipso indivisarum duarum naturarum inconvertibiliter proprietates, non alterum et alterum, absit, sed unum et eundem Dominum Jesum, Deum, Verbum, carne nostra amictum, et ipsa non inanimata, aut irrationabili, sicut impius Apollinaris dixit. Istis mentem intendamus, fugiamus eos, qui dividunt. Nam etsi duplex natura, verumtamen indivisibilis et indissipabilis unio, in una filiationis confitenda persona, et una substantia. Fugiamus, qui unam naturam post unionem prodigaliter dicunt; unius enim cogitatione impassibili Deo passionem injungere impelluntur, dispensationem abnegantes et Diaboli Gehennam arripientes 5).” Hanc indivisibilem sed eandem inconfusam naturarum conjunctionem ante ex sacra coena sic illustraverat: „sicut enim, antequam sanctificetur panis, panem nominamus, divina autem illum sanctificante gratia, mediante sacerdote, liberatus est quidem appellatione panis, dignus autem habitus Dominici corporis appellatione, etiamsi

1) cfr. quæ hac de re uberius disputavit Basnage, *Hæres. Apoll. hist.* p. 81-84 ed. Roterod. 1694.

2) p. 23. cfr. 26.

3) p. 19.

4) p. 26. 28.

5) p. 29-30.

natura panis in ipso permansit, et non duo corpora, sed unum corpus filii prædicatur, ἕτως κληθαι της θειας ενιδρυμενης τῷ σωματι φυσεως, ένα υἱον, ἐν προσωπον, τα συναμφοτερα ἀπετελεσεν γνωριζομενον μεντοι ἀσυγχυτως, ἀδαιρετω λογῶ ἐκ ἐν μια φυσει, ἀλλ' ἐν δυσιν τελειαις ¹).

Per totam epistolam nulla descensus ad inferos mentio fit.

§ 10.

Inter dialogos *Theodoretī Cyrensis* duo imprimis huc pertinent, quorum alter est *Dialogus de sancta trinitate VI adv. Apollinaristas* ²).

Hunc dialogum ita exorditur autor, ut Orthodoxum quærentem faciat, utrum Christus humanum habuerit corpus, necne, Apollinaristam vero concedentem, eum habuisse corpus τῇ ἐνωσει οἰκονομιας divinum, carnem vero, quæ ex Maria sumta sit, consubstantialiorem esse nobis. Inde ad quæstionem de anima transeunt disserendam. Proposita Apollinaristarum doctrina, ex qua „Deus Verbum carni humanæ unitum hominem constituerit Deum,” ab Orthodoxo opponitur Apollinaristæ Joh. 10, 18; postquam autem Apollinarista protulit Bar. 3, 3: ὁ γὰρ θεος ἐπι τῆς γῆς ὠφθη καὶ ἐν τοῖς ἀνθρώποις συνανεστραφη, respondet O., illud „visus est” de carne, hoc „conversatus est” de anima intelligendum esse (p. 1079-80). Ex passione, ex notione hominis, itemque ex Act. 2, 31 ostenditur, naturam humanam Verbo unitam in Christo fuisse, et eam quidem rationalem (1080-81). Proponit A. objectionem solitam, duo perfecta unita non unum efficere perfectum. Respondet O., id non posse fortasse apud homines fieri, sed apud Deum posse eodem modo, quo miraculum generationis ex Virgine cæteraque miracula edita sint; non nudum hominem genitum esse, sed θεον

1) p. 22-23.

2) Ex rec. Sirmondi ed. Schulze. Halæ 1769-74. 8. Tom. V.

ἐνανθρωπήσαντα. Dei enim filium, cum pro nobis crucifigi vellet, sibi univisse *σωμα ἐμψυχον λογικον, το δυναμενον ζαυρωθηναι μετα ἐκβοις παθεις*, crucifigi quidem posse *σωμα ἐμψυχον*, voluntariam vero obire passionem non posse, nisi sit anima rationali præditum (*ἐμψυχον λογικον*); ad hominem pertinere passionem secundum naturam, ad Verbum Deum propter unionem dispensatoriam referri (1082-83). Objicit Apollinarista, si Christus habuerit mentem humanam, potuisse eum etiam peccare. Respondet O., Christum non habuisse mentem humanam solam, sed cum divinitate conjunctam, et aliter conjunctam quam prophetas et sanctos homines, quoniam hi, ante homines existentes, participes facti essent Verbi, ille autem, tamquam Verbum divinum ante existens, sibi univerit humanam naturam; ita vero non oriri duas voluntates inter se diversas, sed unam eandemque Dei, exemplo illustrat ab arte fullonia petito, quippe quum lanæ albedo colore purpuræ tineta non evadat gemini sed unius coloris; Verbum autem divinum, quemadmodum musicum instrumento, ita mente humana uti (1084-85). *Quoniam quod perierat, duabus partibus constabat, anima et corpore, eum, cum quæсивisset quod perierat, ut salvaret, et invenisset, utrumque induisse, ut simile per simile salvaret, quodque sibi univit, id salvum fecisse* (1086.); hanc vero perfectam naturam humanam templum esse Verbi divini, cujus ad similitudinem etiam nos possimus templum Verbi divini evadere (1086-87). Ex Maria non unice hominem natum esse, sed Dei filium *ex ea* natum secundum carnem, *per eam* secundum spiritum (1088). Jam vero ex divinitatis natura, quæ non posset ad mortem se humiliare, ideoque *σωμα ἐμψυχον, το δυναμενον ἀποθανειν*, sibi univerit, itemque ex mortis ratione, ubi de descensu ad inferos injicitur mentio, ostendit, Christum animam rationalem habuisse. O. ὁ ἀπο τῆς σωματος τῆς ψυχῆς χωρισμος θανατος λεγεται; A. Ναι. O. ὡσπερ ἐν ἐκ ἡδυνατο ὁ θεος ἐν μνηματι και ἐν ταφῇ γινεσθαι, εἰ μη εἶχεν το τιθεμενον σωμα,

ἔτιως ἔκ ἄν ἐλεχθῆ κεχωρισθαι τῆ σωματος, πανταχῶν, καὶ τὰ πάντα περιεχων, εἰ μὴ εἶχεν τὴν χωριζομενον ψυχὴν, μεθ' ἧς καὶ τοῖς ἐν ἁδῆ εὐηγγελισατο· δια γὰρ αὐτὴν καὶ ἀναχωρεῖν τῆ σωματος λεγεται, καὶ ἐν ἁδῆ γεγεννησθαι. καὶ τετο ἔστι το ὑπερ ἡμῶν ἐν ἁδῆ γενεσθαι δια τὴν ψυχὴν, καὶ ἐν μνηματι τιθῆναι δια το σωμα. *A.* ἐγὼ πεπιξενκα, ὅτι ὁ θεος λογος τῆ αὐτῆ παρεια ἐμψυχοῖ το σωμα, καὶ χρειαὶν ἔκ εἶχεν ψυχῆς. *O.* ὡς εἰς το κρατηθῆναι, καὶ ξαυρωθῆναι, καὶ ταφῆναι, ἵνα μὴ δοκησῆ ὁ ξαυρος γενηται, ἀλλ' ἀληθεια· ὡς καὶ εἰς το ἀποθανεῖν καὶ ἐν ἁδῆ γενεσθαι, χρειαὶν εἶχε ψυχῆς. περὶ τινος γὰρ εἶρηται, ὅτι ἤρξατο λυπεισθαι καὶ ἀγωνιᾶν ἕως θανατος; περὶ τῆ σωματος τῆ ἀναισθητε, ἢ τῆ θεο λογος; *A.* καὶ ἡμεῖς λεγομεν, ὅτι αἰσθησιν εἶχεν το σωμα, ἐν ἧ καὶ ἦσθετο τῆ παθῆς. *O.* σωμα δε αἰσθησιν ἔχον, ἐμψυχον ἔστιν το γὰρ ἀψυχον καὶ ἀναισθητον ἔστιν. ὡς εἰς το ταπεινωσας ἑαυτον μεχρὶ θανατος καὶ ἀποθανων θεος ἔστιν, ἔφρσει θεοτητος ἀποθνησκων, ἀλλ' ἐνωσεως οἰκονομια. τῆς γὰρ ἀνθρωποτητος τὰ παθῆ ἑαυτῆ παθῆ ἐλογιζετο. καὶ ὡς περ ἀδυνατον ἦν προσηλωθῆναι ξαυρῶ, καὶ ταφῆναι σινδορι, καὶ τεθῆναι ἐν μνηματι ἀνευ σωματος· ἔτιως ἀδυνατον ἦν αὐτον ἀγωνιασαι ἀνευ ψυχῆς λογικῆς. ἀλογος γὰρ ψυχὴ ἔκ ἀγωνιᾶ, προγινώσκουσα θανατον· ἀλλ' ὡς βῆσ ἐπὶ σφαγῆν ἀγεται, ἢ ὡς ἕτερον τι των ἀλογων ¹⁾ (1088-90). Explicatur jam verus sensus verbo-

1) Videmus hic descensum ad inferos tamquam argumentum per se adhiberi, attamen ad mortis rationem exponendam, tamquam separationem corporis et animæ, quod argumentum ab aliis eadem vi propositum videmus, nulla mentione descensus facta. Quare etiam videmus, non magnam ei tribui ab auctore efficaciam; verba enim: περὶ τινος γὰρ εἶρηται, ὅτι ἤρξατο λυπεισθαι καὶ ἀγωνιᾶν ἕως θανατος, et quæ postea sequuntur: καὶ ὡς περ ἀδυνατον ἦν προσηλωθῆναι ξαυρῶ &c. clare ostendunt,

rum: ὁ λογος σαροξ ἐγενετο, cumque interrogaverit Apollinarista, ecquisnam dixerit: θεε με, θεε με, ἵνατι με ἐγκατελιπες; ὁ θεος λογος; ἢ ὁ ἄνθρωπος; Othodoxus respondet: ὡς την ταφην τε σωματος και τα ἐνδυματα αὐτε λεγω τε λογε, εἰ φουσει θεοτητος, ἀλλ' ἐνωσεως οἰκονομια· ἔτω και τας φωνας τας ψυχικας και τα παθη τα ψυχικα, ἀγωνιᾶν, και ὅσα τοιαυτα λεγεται περι αὐτε ἐν ἐυαγγελιοις, τε θεε λογε λεγω, εἰ φουσει θεοτητος, ἀλλ' ἐνωσεως οἰκονομια. ὡσπερ ἐν το σωμα ἰδιοποιεεται, λεγων· „ἐαν μη φαγητε με το σωμα.“ ἔτω και ψυχην ἰδιοποιεεται λεγων· „την ψυχην με εἰδεις αἰρει ἀπ' ἐμε.“ ἔτω και τα παθη τε συναμφοτερε οἰκεισται. ὡς γαρ αὐτε σωμα οἰκονομικως, ἔτως αὐτε ταφη ἢ ταφη τε σωματος· και ὡς αὐτε ψυχη οἰκονομικως, ἔτως αὐτε φωνη ἢ φωνη της ψυχης· ἵνα ἢ και ἢ ταφη τε σωματος αὐτε τε λογε οἰκονομικως, και ἢ φωνη της ψυχης αὐτε τε λογε φωνη οἰκονομικως. αὐτος γαρ ἦν ὁ λογος φωνων τα της

eandem plane ad animam in Christo rationalem demonstrandam ab illo tribui iis, quæ de motibus humanis in eo et passionis sensu narrantur. Quodsi hisce majoris momenti descensum esse existimasset, in ultimis certe verbis, in argumentationis fine, non sepulturæ corporis opposuisset agonem et tristitiam mortis instantis, sed animæ ad inferos descensum. Idem eodem modo confirmatur verbis, quæ jam jam excitabimus, quæque ea quidem de causa in medium proferenda duximus; neque enim dubitare possumus, quin, cum in mentionem incidisset της ταφης τε σωματος, cujus commemorandæ in quæstione ab Apollinarista proposita nulla data esset occasio, cujus vero ratio in eo sola quærenda videatur, quod in sepultura præcipue oculis sisti corpoream Domini naturam autor judicaret — non possumus, inquam, dubitare, quin, si majorem præ effatis Domini de anima sua tribuisset descensui ad inferos ad animam in eo probandam vim, vel eandem, quam ad corpus probandum tribueret sepulturæ, τη ταφη τε σωματος opposuisset την καταβασιν εἰς ἄδης της ψυχης, quam in præcedentibus nuper commemoraverat.

ψυχῆς ἰδία (1090-91). Postquam Apollinarista attulit, ipsos dicere, Dei Verbum, cum diligeret homines, dignatum esse hominem fieri assumpta carne ex sancta virgine Maria, Deumque incarnatum inventum fuisse velut hominem; hæc vero, commonitus ab Orthodoxo, ita mutavit, ut diceret: dilectione hominis carni humanæ ita unitum esse Dei Verbum, ut idem esset Deus et homo: Orthodoxus ad notionem hominis respiciens ostendit, hominem non esse, nisi qui carnem humanam habeat anima humana i. e. rationali præditam (1091-92). Interrogante Apollinarista, quomodo corpus dicat κυριακον, ὅποτε ἄνθρωπος κατασκευαζει, respondet: ἐγὼ καὶ σῶμα κυριακον λεγῶ, καὶ ψυχὴν κυριακὴν, αἷμα κυριακον, καὶ ταφὴν κυριακὴν ¹⁾, καὶ ἄνθρωπον καθολῶς κυριακον, ἔνωσει τε θεὸς λογῶ· ἕτως ὡς εἶναι ἓνα καὶ τὸν αὐτὸν θεὸν καὶ ἄνθρωπον. Jesum se ipsum hominem dicere eadem de causa Joh. 8, 40, et Paulum eum itidem appellare Hebr. 13, 8 ἄνθρωπος Ἰησοῦς Χριστὸς γέθες καὶ σημερινὸν &c. ²⁾; quodsi dictum est: ὁ κολλωμενος τῷ κυρίῳ, ἐν πνεύματι ἔστι (1 Cor. 6, 17), πολλῶ πλείον ὅταν ὁ κυριος λεγῆται καὶ πιξενῆται ἄνθρωπος γεγεννησθαι, ἐκ ἀπολεσας το εἶναι θεος, ἐστὶν θεος καὶ ἄνθρωπος ὁ αὐτός· θεος μὲν δια τὴν φύσιν, ἄνθρωπος δὲ δια τὴν ἐξ εὐδοκίας μετοχὴν τῆς ἀνθρωποτήτος (1092-93).

Alter vero est *dialogus VII. Adversus Apollinaristas, sive solutio argutiarum Apollinaris.*

Est hic dialogus quasi specimen dialectices, cujus in cujusque capitis initio objectionem aliquam vel doctrinam Apollinaristarum adversarium Apollinaristam in forma syllogismi proferentem inducit autor, quem deinde, personam gerens Orthodoxi, arte dialectica solvit et refutat. Itaque uti nemo facile hunc librum sine delectatione legere poterit, ita, cum neque in syllogismis quidquam prætermitti possit, et in

1) Neque hic descensus nominatur.

2) Notandum est, nos non legere hoc loco ἄνθρωπος.

responsis singula arcte cohæreant, argumentationem auctoris exponere nimis longum erit, imo ne necessarium quidem, quoniam præter ea, quæ in scriptis ante expositis inveniuntur, nullum proponitur in eo argumentum. Quare modo exempla proferemus ad rationem hujus operis ostendendam.

Incipit igitur *cap. 1.* *A.* Θεοὶ ἐνεργησαντος ἀνθρώπου, ἀποτελεῖται προφήτης, ἦγεν ἀποστόλος, ἔ σωτηροῦσθε. Χριστὸς δὲ σωτηρὸς κόσμου ἐκ ἄρα Θεοὶ ἐνεργησαντος ἀνθρώπου ἀπετελεσθη Χριστός. Respondet Orthodoxus: Θεοὶ μὲν ἐνεργησαντος ἐκ ἀπλῶς, ὡς ἐνομισίας, ἀλλὰ προφητείαν, ἀποτελεῖται προφήτης, ἦγεν ἀποστόλος, καὶ ἔ σωτηροῦσθε. Θεὸς δὲ μορφήν δεξιᾶ λαβὼν ἐγενετο ὁ αὐτὸς καὶ προφήτης, καὶ ἀποστόλος, καὶ ἀρχιερεὺς, καὶ μεσιτὴς Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων, σωτηρὸς κόσμου, μόνων Θεοῦ, καὶ ἔ τραπεῖς εἰς τὰ προειρημένα.

Cap. 2. *A.* πᾶς ἀνθρώπος μέρος κόσμου, καὶ ἐδὲν μέρος κόσμου αἶρει τὴν ἁμαρτίαν τε κόσμου, ὑφ' ἧ καὶ αὐτὸς κείται. Χριστὸς δὲ αἶρει ἐκ ἄρα ἀνθρώπος Χριστός. *O.* δια γὰρ τούτο, ἐπειδὴ ἐδὲν μέρος κόσμου αἶρει τὴν ἁμαρτίαν τε κόσμου, ὁ δημιουργὸς τε κόσμου μορφήν ἔλαβεν μέρος κόσμου, ἵνα τῷ μέρει τε κόσμου σφαγεῖς ὡς μέρος κόσμου, ἀρῇ τὴν ἁμαρτίαν τε κόσμου ὡς δημιουργὸς τε κόσμου.

Cap. 3. *A.* πᾶς ἀνθρώπος ὑπὸ θανάτου, καὶ ἐδεῖς ὑπὸ θανάτου ὧν καταργεῖ θάνατον· Χριστὸς δὲ καταργεῖ ἐκ ἄρα ἀνθρώπος ὁ Χριστός. *O.* δια γὰρ τούτο, ἐπειδὴ ἐδεῖς ἀνθρώπων καταργεῖ θάνατον, ὑπὸ θανάτου ὧν, ὁ ἀθάνατος τε Θεὸς υἱός, λόγος ὧν καὶ Θεός, ἠνώσεν ἑαυτῷ τὸ ὑπὸ θανάτου, ἵνα ἐν τῷ θανάτῳ τὸν τὸ κράτος ἔχοντα τε θάνατος καταργησῇ. ὡς γὰρ ἐκ ἡδύνατο ἀόρατος ὧν ὄραθῆναι, μὴ λαβὼν τὸ ὄρατον· ἕτως ἐδε ἡδύνατο ἀθάνατος ὧν ἀποθανεῖν, μὴ λαβὼν τὸ θνήκτον¹⁾.

1) Habemus hic idem argumentum, cui ab omnibus summa vis tribuebatur ad humanitatem Christi probandam, quod ad hominis salutem necessaria esset humanæ naturæ cum divina unio.

Unum modo præter hæc afferam locum, quia in illo mentio fit de descensu ad inferos, ex cap. 29 desumptum. Sermo est de carne Christi adoranda, quod præcipiebant Apollinaristæ, quia consubstantialis esset divinitati¹⁾; dixerat Orthodoxus, non per se adorandam esse, sed unice tamquam carnem Dei, ita ut proprie Deum in ea adoraremus; jam vero interrogat, numquid, cum Christus dicatur ætatis incrementum cepisse, crevisse, sapientia profecisse, in agone versatus esse, animo turbatus, tristis, id ei accidisse putandum sit secundum divinam ejus naturam (θεϊκως)? μη γενοιτο, inquit, ἀλλ' ὡσπερ το σωμα το ἐκ Μαρίας ἑαυτε σωμα ἔλεγεν ὁ θεος λογος, ἔ της αὐτης ἐσίας ὄν τη θεοτητι ἔτω και τα παθη και την αὐξησιν την ζωτικην και λογισικην ἑαυτε λεγει, ἰδιοποιεμενος παντα της ἀνθρωποτητος τη εὐδοκία της χαριτος· ὡσαντως και την σαρκα ζωης ὄργανον ἀρμαζομενον προς τας θειας βελας. ἵνα και πτυση, σωματι κεχρηται ὄργανῳ ἵνα ταφη, ὁμοιως τῷ σωματι ἵνα δε παθη ἐκβσιως, και ἵνα ἀδην σκυλευση, τη ψυχη²⁾, ἣν ἔλεγεν τιθεναι ὑπερ των προβατων. και ἔτε ἀνθρωπε λογοι ἰδιοι,

1) Cfr. Gregor. Nyss. antirrh. c. 44.

2) Commemorat hic autor descensum ad inferos, sed modo obiter neque inde argumentum quærens, quod non idem ex passione petit; quin etiam hanc ei magis obversatam esse quam illum, ex sequentibus patet, cum, ubi de fructu hujus naturæ humanæ cum divina unionis loquitur, devictionem modo commemoret passionum, quæ passione Christi sit parata, non vero devictionem mortis, in qua demum peculiaris fructus ex descensu ad inferos deprehenderetur. Neque prætermittendum videtur, quod incertum relinquit autor, utrum hoc loco, descensum commemorans, magis voluerit inde ostendere veram in Christo fuisse animam, an divinitatem non fuisse ab humanitate se-junctam ad hanc majore gloria ornandam, quippe cum hæc adjiciat: και ἔτε ἀνθρωπε λογοι ἰδιοι, ἔτε αἱ πραξεις, quæ verba non facile alio referenda sunt, quam ad verba de anima ponenda, et ad inferna prædanda.

ἔτε αἱ πράξεις. σαρξ δὲ τοῖς παθεῖν ὑποβαλλομένη, κατὰ τὸ ἀνθρώπῳ προσήκον, ἰσχύει κατὰ τῶν παθῶν διατῆν πρὸς τὸν θεὸν ἔνωσιν. ἁμαρτιαν γὰρ ἐκ ἐποίησεν, ἔδε ἠύρεθη δολὸς ἐν τῷ σώματι αὐτῆς, ὡς ἐκαταρξαι τῆς ἀπαθείας τοῖς ὁμοίοις. ὁμοιωταὶ γὰρ κατὰ πάντα τοῖς ἀδελφοῖς ὁ θεὸς λόγος, ἐνωθεὶς ἀνθρωποτητι, καὶ προσκυνεῖται θεὸς ἐνανθρωπήσας· καὶ συναφειαν ἡμῖν πρὸς αὐτὸν διδωσιν, μετασχὼν αἵματος καὶ σαρκος, καὶ προσκυνεῖται ὁ αὐτός, ἐνωσεὶ τῇ πρὸς ἡμᾶς ὡς ἀνθρώπος, φύσει δὲ καὶ ἐσίᾳ ὢν θεός.

Bis igitur in his dialogis Theodoretus mentionem facit descensus ad inferos, non ita tamen, quemadmodum monuimus, ut præcipuam huic argumento tribuere videatur gravitatem; præter cætera argumenta, ex notione hominis, ex passione Domini, ex functionibus humanis ad corpus et animam pertinentibus, ex incremento, ex mortis ratione, etiam argumentum a salute homini reparanda Dial. VI p. 1086, 1088 et VII c. 3. 29 habet. Quodsi vero ex his libris minus patere videtur, cuinam horum argumentorum plurimum tribuerit, hoc nos luculentissime docebunt illa verba, quibus primam hujus hæreseos tamquam perniciosissimæ mentionem facit *Hist. eccles. Libr. 5 c. 3.* καὶ τὸ τῆς οἰκονομίας μυστηριον ἀτέλες ἀποφῆναι τετολμηκε, καὶ τὴν λογικὴν ψυχὴν, τὴν ἰδυνεῖν τὸ σῶμα πεπιζευμένην, ἐξερησθαι τῆς γενομένης ἐφησε σωτηρίας· ἐκ εἰληφίος γὰρ ταυτὴν κατὰ τὸν ἐκεῖνε λόγον ὁ θεὸς λόγος, ἔτε ἰατρείας ἤξιωσεν, ἔτε τιμῆς μετεδωκεν.

§ 11.

Theophilus Alexandrinus in Libro Paschali 1^{mo} (inter Opera Hieronymi Tom. IV part. 2. p. 693-95 edit. Martianay Paris. 1706) locum habet huc pertinentem.

Ad festa supernæ lætitiæ pie celebranda cohortatus, laudata divina gratia, quod vivens sermo Dei in auxilium nostrum, errore seductorum, ad terras venerit, commemorans

Christi naturam, docet eum, minime mutata divinitate, ad salutem hominibus parandam, plenam similitudinem nostræ conditionis assumsisse, duntaxat absque peccato. a) „Ex tantis et talibus assumsit hominem, duntaxat absque peccato, ex quantis et qualibus nos omnes creati sumus: non ex parte, sed totus mediator Dei et hominum, homo Christus Jesus, nulloque, quod nostræ similitudinis est, caruit, nisi solo peccato, quod substantiam non habet inanimam sine anima; neque enim inanimam carnem habuit et pro anima rationali ipse in ea Deus Verbum fuit, sicut dormitantes Apollinaris discipuli suspicantur. b) Nec dicens illud in evangelio: nunc anima mea turbata est, Divinitatem suam perturbationi subjacuisse testetur, quod consequens est, eos dicere, qui pro anima divinitatem in corpore ejus fuisse contendunt; c) nec rursus solam animam sibi socians, susceptum implevit hominem, ne ex similitudine carnis et ex dissimilitudine animæ mediæ assumptionis dispensationem implevisse credatur, in carne nostri similis existens, in anima irrationabilium jumentorum. Moses scribit: bovem trituranter non infrenabis, et Paulus scriptum edisserens ait: „numquid de bobus cura est deo? an propter nos utique dicit? (1 Cor. 9, 10).” *Propter nos igitur homo salvator est factus, non propter bruta et irrationabilia jumenta, ut similitudinem animæ jumentorum absque sensu et ratione susciperet (693-94).* Occurrit deinde illis, qui dicant, animam servatoris appellandam esse prudentiam carnis: „Sed ne illud, quod ejusdem hæreseos peccatores cavillantur et garriunt, ecclesia suscipit, ut prudentiam carnis appellari putet animam salvatoris, cum perspicue Apostolus prudentiam carnis inimicam Deo et mortem appellet, de Domino dicere nefas est, ut anima ejus mors et Dei inimica credatur. Si enim nobis præcipit: „nolite timere, qui possunt occidere corpus et animam non valent,” cogentur stulta sua disputatione suscipere, meliores esse nostras animas animam salvatoris, dum illa prudentia carnis adseritur, quæ mors et inimica est Deo, nostra autem

mori non potest, cum etiam prudentia animæ non possit anima nuncupari . . . alterum habet, alterum habetur, et prius anima est, sequens versatur in anima. Quodsi prudentia animæ non est anima, quanto magis carnis prudentia anima non potest appellari? (694)” Tum ad illud prius rediens: „Neque enim, ut ipse cum sectatoribus nititur approbare, dominus noster atque salvator animam sine sensu assumpsit et mente, aut mediam partem ejus, duasque de tribus sive tertiam, *ut imperfecte hominem salvaret*, assumptam: quia nec media, nec reliquæ portiones perfecti nomen accipient. Et sicut quod perfectum est, caret imperfecti vitio, sic quod imperfectum est, perfectum non potest dici, et si imperfecte similitudinem nostram vel ex parte susceperat, quomodo in evangelio loquebatur: „nemo tollit animam meam a me, potestatem habeo ponendi eam et potestatem habeo sumendi eam.”” Quæ autem tollitur atque deponitur, nec irrationalis, nec absque mente et intelligentia dici potest, sed e contrario rationalis et intelligibilis et mentem habens et sentiens. *Atque ita ipse dispensationis ordo convincit, nihil a domino imperfectum esse susceptum, sed assumptum ab eo hominem plene perfecteque salvatum.*” Deinde ad hoc amplius illustrandum tamquam ex corollario adjicit *descensum ad inferos*: ”Nulli enim dubium est, quin irrationabilium jumentorum animæ non ponantur et resumantur, sed cum corporibus pereant, et in pulverem dissolvantur. Porro salvator tollens animam et separans a corpore suo tempore passionis, rursus eam in resurrectione suscepit. Et multo antequam id faceret, loquebatur in psalmo: „non derelinques animam meam in inferno, nec dabis sanctum tuum videre corruptionem.”” *Nec credibile est, quod ad inferos caro ejus descenderit, vel prudentia carnis, quæ appellata sit anima, inferis apparuerit, sed quod corpus ejus positum in sepulchro sit, et ipse nec de corpore et sapientia carnis, nec de divinitate sua dixerit: „non derelinques animam meam in inferno”, sed de nostræ naturæ anima, ut perfectam ac rationalem et in-*

telligibilem atque sensibilem ad inferos animam descendisse monstraret.” „Hortamur eos, qui talia sapiunt, ut relictis hæreticorum erroribus, adquiescant ecclesiasticæ veritati, et festivitatem dominicæ passionis non faciant imperfectam, ne principalem et majorem hominis partem in salvatore negent, absque anima et mente corpus illius adserentes.” Allatis præterea scripturæ locis Joh. 10, 11 Matth. 26, 41, summam denique rei quasi retractans, ita hanc disputationem concludit: „Unde sciendum est, quod ex omni parte temperatum humanæ conditionis exhibens sacramentum, perfectam similitudinem nostræ conditionis adsumserit, nec carnem tantum, nec animam irrationalem et sine sensu, sed totum corpus, totamque animam sibi socians, perfectum in se hominem demonstravit, ut perfectam cunctis hominibus in se et per se largiretur salutem, habensque nostri consortium, qui de terra conditi sumus, nec carnem deduxit de coelo, nec animam, quæ prius substiterat, et ante carnem ejus condita erat, suo corpori copulavit, sicut Origenis nituntur docere discipuli.”

Si usquam, certe hic descensus ad inferos tamquam argumentum per se adhibitus est, quare hic locus gravissimi sine dubio momenti existimandus est; neque tamen patet, autorem majorem huic argumento, quam ceteris ex sacra scriptura haustis testimoniis, v. c. Joh. 12, 27, tribuere gravitatem. Quod vero luculentissime apparet, hoc est, quod altera illa de necessitate totius et perfectæ naturæ humanæ ad totam et perfectam parandam salutem suscipiendæ sententia, ad quam semper denuo revertatur, totum auctoris, hac de re cogitantis, animum impleverit.

§ 12.

Philastrius in libro de hæresibus ¹⁾ post commemoratos una serie Arianos, Semiarianos, Eunomianos, hæresin profert eorum,

1) *Bibl. patr.* Tom. V. p. 709.

qui docebant „animam veram Christum non habuisse,” nomine tamen Apollinaristarum non adjuncto.

„Alii sunt, inquit, qui circa incorporationem aberrant, dicentes, non animam veram hominis rationalem accepisse Salvatorem, sed corpus solum hominis, et *cum subtrahunt animam a corpore, veram denegant hominum salubritatem.* Quomodo itaque potest dici anima, quæ non sumta est a Salvatore? cum Salvator dicit: „tristis est anima mea usque ad mortem.” Alioquin anima dici non potuit, nisi esset in eo, cujus causa advenerat: itaque hæc utraque in comparatione Salvatoris, id est *corpus et anima, quæ pro salute nostra dignatus est sumere*: scire nos convenit, quod et animam veram hominis habuit, intellectum habentem, et corpus hominis, sensum carnalem itidem, ut et dolere posset corpore, et emori. Tamen de sancto Spiritu facta hæc cognoscitur caro, et increata anima scilicet, sicut scriptum est in Evangelio: „Spiritus sanctus superveniet in te et virtus Altissimi obumbrabit tibi.” Et quod animam veram habuit, dicens: „animam meam pro vobis pono.” Et de carne passibili ad Thomam: „Quod spiritus non habet ossa et carnem, sicut me videtis habere.” Et Apostolus Petrus de Salvatore testatus est, dicens: „hujus anima non derelicta est in inferno, nec caro ejus vidit corruptionem.” Ex quo autem incarnatus est, et *homo nostræ causa salutis*, et Deus verus creditur, cognoscitur, et in Ecclesia prædicatur.”

Hoc fragmentum attulimus, non gravitate aliqua ejus ducti, sed quod vidimus, Dietelmaierum in *historia dogm. de desc. Chr. ad inf. lit.* § 88 ad hunc locum provocare ad hypothesin Kingii firmandam. Cum autor absque ulla addita explicatione modo Petri verba, Act. 2, 31, excitet, dubium relinquit, utrum in descensu, an in voce „anima,” probatio sit quærenda; quodsi in illo etiam quærenda sit, tamen præcipuam huic dogmati præ cæteris breviter propositis argumentis: e sacra scriptura, e passione, e morte petitis, vim non tribui, manifestum est. Æque vero clarum est, etiam

hoc loco non sine pondere propositum esse argumentum illud salutis perfectæ parandæ, quod in brevi hac hæreseos refutatione ter occurrit.

§ 13.

Non gravioris momenti est locus, quem ibidem Dietelmaierus excitat ex *Rufini, non Aquileienseis, sed, autore Garnerio* ¹⁾, *Syri, Libello fidei*. Describemus verba ipsius auctoris in capp. 43-49 obvia.

Factus igitur homo unigenitus Deus Verbum ex Maria quidem semper Virgine corpus accipiens, animam rationalem sibi creando, ejus substantia cujus nostra est, ex ipsa semper Virgine nascitur homo, sicut Esaias prophetando dixit (7, 14). Propterea autem Christus proficiebat ætate et sapientia, ut probaretur, quod vere factus homo fuerit (Luc. 2, 40. 52). Si igitur Jesus Christus animam non habuisset, sicut nefarii Ariani, aut rursus animam quidem habuisset, et tamen non rationalem, sicut Apollinaris definivit insaniens, numquam profecto sapientia proficere poterat. Quippe cum caro sine anima sapientia proficere non possit. Sed neque Dei unigenitus filius indiget augmento sapientiæ, cum ipse sit totius nostræ sapientiæ distributor. Quod autem sicut corpus, sic et animam Dominus noster Jesus Christus habuit, aperte nos docent Evangelistæ Matth. 2, 20. Joh. 12, 27. Matth. 26, 38. Joh. 10, 15. 17. Similiter et beatus Petrus, testimonium David prophetæ ad Christum referens, ita dicit ex persona ipsius Christi: Quoniam non derelinques animam &c. (Act. 2, 27). Per multa igitur testimonia docet divina scriptura, quod unigenitus Dei filius factus est homo: 1) ut humilitatem doceret (Phil. 2, 4 sqq.); 2) ut ostenderet, quantam circa sua opera, (cum nimirum dominus esset, maluit accepta servi forma fieri tamquam unus ex nobis) haberet dilectionem, a) quod dignatus est, homo factus pro impiis et pec-

1) Cfr. Cave Hist. lit. sub nom. Rufini Tor.

catoribus obire mortem (Rom. 5, 8), *b*) quod etiam his, qui credunt in ipsum, spiritualem adoptionem filiorum largitur et efficit regni sui coelestis hæredes (Joh. 3, 3); 3) ut damnato in carne peccato, relinqueret nobis exemplum, quemadmodum quisque debeat, carnalibus superatis vitiis, non ultra diaboli fallaciis dicipi; 4) ut, per servi formam mediator sibi et Patri et Spiritui sancto et sese dignis, sic in perpetuum eos custodiat pacis vinculo (Col. 1, 19. 20)."

Verba Petri Act. 2, 27 sunt uno cum cæteris, quæ pro anima servatoris testantur, scripturæ locis tenore allata; et in sequenti explicatione ne indigitata quidem est illa profundior mortis et descensus vis, quam alii scriptores docent. Gravissimum hic autor ab incremento Domini sapientia facto quærere argumentum videtur. Notandum est autem, ab illo solo argumentum a salute homini paranda petitum plane omitti.

§ 14.

Citatur eodem loco a Dietelmaiero, quem ideo, quamvis longe senioris ætatis, hic una cum duobus præcedentibus commemorandum duximus, *Cassiodorus*.

Etenim *in Ps. 15, 11*: „Ubi sunt, inquit, Apollinari-stæ, fallaciter opinantes, qui dicunt, Dominum Christum animam rationalem non habuisse? ecce ipse clamat, ipse Patri gratias agit, quia ejus anima non sit more communi in inferno derelicta, sed celeri resurrectione clarificata, ad coelorum regna provenerit; sicut in Evangelio creberrima professione testatur: „tristis est anima mea usque ad mortem;” et alibi: „potestatem habeo ponendi animam meam et iterum sumendi eam. Non dabis sanctum tuum videre corruptionem.”

Ita etiam *in Ps. 29, 3*: „Quid dicimus de illis, qui Dominum Christum animam habuisse non credunt? ecce ipse toties clamat, ad inferos se humana lege perductum, exindeque animam suam potestate suæ Divinitatis abstractam. Et

vide, quia abstractam dicit, scilicet quoniam claustris inferni dirruptis, ad coelum usque perducta est."

Cum hæc modo obiter inciderint, dum autor Psalmis illis exponendis incumbit, absque proprio Apollinaristas refutandi consilio, sequitur, ut exinde modo concludere possimus, eum opinatum esse etiam hæc loca Psalmorum, de descensu Domini ad inferos explicata, contra Apollinaristas testari, non vero, hoc argumentum cæteris, quæ afferri possent, prætulisse; quin etiam ex priori illo loco patere videtur, eum non minoris æstimasse cætera illa, quæ in sacra scriptura de anima servatoris testentur. Præterea iam ævum huius autoris, quem sec. VI. floruisse constat, nos monet, verba ejus non posse nobis documento esse, quanti inter ipsam litem tum dudum finitam illud dogma sit æstimatum; qua de causa, nostro quidem iudicio, testium numero omnino est eximendus

§ 15.

Augustinus non librum composuit adversus Apollinaristas, sed in scriptis suis passim hæresin eorum tamquam in ecclesia iam damnatam commemorans, varia contra illam profert argumenta.

In Evang. Joh. c. 10 tract. 48 contra Apollinaristas „pulsos quidem jam olim veritate ecclesiæ,” ex notione hominis et natura Christi disputat, in se Verbum et hominem: Verbum et animam, non irrationalem tamquam pecudis, sed rationalem humanam et corpus conjungentis.

In Enarr. 2 in Ps. 29 contra Apollinaristas disputans, „Confirmatum est, inquit, in catholica fide, hominem illum, quem suscepit Sapientia Dei, nihil minus habuisse quam cæteri homines, quantum pertinet ad integritatem naturæ, quantum autem ad excellentiam personæ, aliud quam cæteri homines. Nam cæteri homines possunt dici participes Verbi Dei, habentes Verbum Dei; nullus autem eorum potest dici Verbum Dei, quod dictus est ille, cujus dictum est: Verbum caro factum est. Non defuerunt etiam alii quidem ex ipso

errore venientes, qui non solum mentem dicerent non habuisse illum hominem, mediatorem Christum inter Deum et homines, sed tantum dixerunt: Verbum et caro erat, et anima non ibi erat humana... Et istas respuit Ecclesia catholica... et confirmatum est, hominem illum mediatorem habuisse omnia hominis præter peccatum. Si enim multa gessit secundum corpus, ex quo intelligamus, quia habuit corpus, ... sic et ex quibusdam aliis officiis naturalibus, quia habuit animam. Esurire, sitire, animæ sunt ista; tolle animam, corpus hæc inanime non poterit."

In Enarr. in Ps. 85 „Agnoscamus vocem dicentis: „...Quoniam sanctus sum, custodi animam meam””, utique in illa forma servi, quam assunserat. Ibi enim erat caro, ibi et anima; neque enim, ut nonnulli dixerunt, caro sola erat et Verbum, sed et caro et anima et Verbum et totum hoc unus Filius Dei, unus Christus, unus Salvator, in forma Dei æqualis Patri, in forma servi caput Ecclesiæ."

In libro de Agone c. 19. n. 21 istius hæreseos, mentem in Christo humanam fuisse negantis, absurditatem taxat his verbis: „sed si execrandi sunt illi, qui eum negant humanum corpus habuisse, quod est infimum in homine, miror, quod isti non erubescunt, qui hoc eum negant habuisse, quod est optimum in homine."

In opere de Civit. Dei libr. 10, c. 27 argumentum exhibet perfectæ salutis paratæ: „In illo enim habent misericordissimam purgationem et mentis et spiritus et corporis sui, propterea quippe totum hominem sine peccato ille suscepit, ut totum, quo constat homo, a peccatorum peste sanaret."

Invenimus igitur apud Augustinum gravissima quæque quæ apud ceteros proposita deprehendimus argumenta, a notionem hominis, a functionibus humanis non minus ad animam, quam ad corpus pertinentibus, ex effatis sacræ scripturæ, a necessaria conditione salutis parandæ petita; non vero argumentum istud descensus ad inferos, quod vix ac ne vix quidem omittere potuisset, si tanti in hac lite æstimatum fuisset,

ut, id quod certe illum latere non potuisset, vim etiam exercuisset ad symbolum in Italia alicubi commutandum, — præsertim, cum et fide incorrupta hoc dogma teneret, et descensum domini disserte ad animam ejus humanam referret, quod ut unum modo locum afferamus, luculentissime patet ex Epistola ejus ad Euodium, in qua, dum copiose disputat de loco Petri 3, 18 sqq. et de descensu in universum, hæc habet, n. 3. : „Quis ergo nisi infidelis negaverit fuisse apud inferos Christum?” et n. 8. „Ubi enim non est nullo loco obsessa Divinitas? Verumtamen secundum creaturam, quam ex quodam tempore suscipiendo, manens Deus homo factus est, hoc est secundum animam eum fuisse apud inferos, aperte scriptura declarat, et per prophetiam præmissa et per apostolicum intellectum satis exposita, qua dictum est: non derelinques animam meam in inferno;” Accedit quod alibi quoque alio consilio ex hoc dogmate disputat; *In Evang. Joh. Cap. 15 tract. 80*: „Pater major me est.” „Agnoscamus igitur geminam substantiam Christi, divinam scilicet, qua æqualis est patri, humanam, qua major est pater. Utrumque simul non duo sed unus est Christus, ne sit quaternitas, non trinitas Deus. Sicut enim unus est homo anima rationalis et caro, sic unus Christus, Deus et homo, et per hoc Christus Deus, anima rationalis et caro. Quis non derelictus in inferno? Christus Jesus, sed in anima sola. Quis resurrecturus triduo jacuit in sepulchro? Christus Jesus, sed in carne sola. Dicitur ergo, et in his singulis Christus. Verum hæc omnia non duo vel tres, sed unus est Christus.” Hæc vero non adversus Apollinaristas dicta proferuntur. Tanto majoris est ad nostram rem confirmandam, quod adversus hos disputans eodem dogmate non usus est.

§ 16.

Cyrillus Alexandrinus pluribus locis commemorat Apollinaristas, partim errores eorum modo obiter attingens v. c. *Homil. divers. 1^{ma} et De recta fide c. 6.*, partim ut eos

refutet, v. c. *De recta fide c. 55* et in *Epistola ad Succensum episc. 1^{ma}*; hæc dua loca in medium proferemus.

De recta fide c. 55: οἱ τῆς Ἀπολλιναριε, inquit, δοξῆς ἠπτωμένοι, καὶ τὰ αὐτῷ δοκούντα φρονεῖν ἠρόημενοι, ἐνίσταμενοι τε καὶ λεγοντες, ἀψυχὸν τε καὶ ἀνεὺ ὑπαρχεῖν τὸν ἐνωθέντα τῷ λόγῳ ναόν· τι δὲ ἄρα φαίεν ἂν, γεγραφοτῶν ἡμῖν τὰ τοιαυτὰ τῶν ἁγίων εὐαγγελιστῶν ¹⁾ περὶ τῆς παντῶν ἡμῶν σωτηρίας Χριστοῦ; Jam vero ostendit, tristitiam et quæ metum arguunt, neque in naturam Divinitatis, neque in corpus, sensus mentisque expers, cadere, quoniam illa talium omnino nescia, dolor vero et metus non nisi per efficaciam mentis percipiatur; eodem vero modo etiam, ubi animam patris manui commendat, hoc neque ad divinitatem neque ad corpus, mentis expers, posse pertinere. προδηλον ἐστὶν, ὅτι γεγονεν ἄνθρωπος ὁ μονογενῆς, ἐκ ἀψυχὸν τε καὶ ἀνεὺ σῶμα λαβὼν, ἐψυχωμένον δὲ μαλλον ψυχῆ καὶ λογικῆ καὶ τελειῶς ἔχουσα, κατὰ γὰρ τὸν αὐτῆ προεπινοηθέντα λόγον. καὶ ὡσπερ οἰκείται πάντα τὰ ἴδια σωματός, ἐστὶν καὶ τὰ τῆς ψυχῆς· ἐδεῖ γὰρ αὐτὸν δια παντός ὄρασθαι πραγμάτων, σαρκικῶν καὶ ψυχικῶν δι' ἡμᾶς γεγονότος. ἐσμεν δὲ καὶ ἡμεῖς ἐκ ψυχῆς λογικῆς τε καὶ σωματός... παρατιθεναὶ δὲ τὸ ἴδιον πνεῦμα τῷ θεῷ καὶ πατρὶ, τετελεσμένην τὴν ἐνωθεισαν αὐτῷ ψυχὴν. ἵνα ἡμᾶς καὶ δια τετελεσμένην παλιν εὐεργετήσῃ. παλαιὰ μὲν γὰρ ἀπαλλαττομένα τῶν σωματῶν ἐν τοῖς ὑπο χθονα μυχοῖς αἱ τῶν ἀνθρώπων ψυχαὶ κατεπεμπόντο, πληροῦσαι τὰ τε θανάτου ταμίαια. ἐπεὶ δὲ Χριστὸς τὸ ἴδιον πνεῦμα παρέθετο τῷ πατρὶ, καὶ ταυτὴν ἡμῖν ἐκαινίσθη τὴν ὁδὸν. βαδίζομεθα γὰρ ἐκ εἰς ἄλλο ποθεν; ἐπομεθα δὲ μαλλον, καὶ κατὰ τετο, αὐτῷ τῷ πιστῷ κτιστῆ τὰς ἑαυτῶν παρατιθεμενοι

1) Protulit autor in antecedentibus Joh. 12, 27. 17, 5. Matth. 26, 37. Luc. 23, 46.

ψυχας, ἐν ἐλπισιν ἔσμεν ἀγαθαις. ἐγειρει γὰρ ἀπαντας ὁ Χριστος.

In *Epistola 1. ad Succensum* avertit a se crimen Apollinarismi.

Diligenter inquirentem incarnationis modum non ita se intelligere dicit, ut ex divina sua natura Deus Verbum formaverit sacrum illud corpus, sed ex Maria virgine sumserit; carnem non esse Divinitatem, etiamsi facta sit caro Dei, nec Deum Verbum esse carnem, etiamsi carnem propriam sibi fecerit; ex duabus naturis factum esse Christum, sed post unionem alteram ab altera naturam disjungi non posse. Citatis deinde, ad ostendendum incarnationis consilium Rom. 8, 3. 4. Hebr. 2, 14-17, ita suam de illa exhibet sententiam: φαμεν οἶεν, ὅτι ἐκ τῆς παραβασεως τε Αδαμ τῆς ἀνθρωπινῆς φύσεως πάθσεως τὴν φθορὰν, καὶ τυραννεμένης τῆς ἐν ἡμῖν διανοίας ἐκ τῶν τῆς σαρκὸς ἡδονῶν, ἥτοι κινήματων ἐμφυτων, ἀναγκαιὸν γεγονεν ἡμῖν, εἰς σωτηρίαν τοῖς ἐπὶ τῆς γῆς, τὸ ἐνανθρωπῆσαι τὸν θεόν, ἵνα τὴν σάρκα τὴν ἀνθρωπίνην, ὑπενηνεγμένην τῇ φθορᾷ καὶ νοσησασαν τὸ φιληδονον, ἰδίαν ποιησῆται, καὶ, ἐπειδήπερ ἔστι ζῶν καὶ ζωοποιός, καταργησῆται μὲν τὴν ἐν αὐτῇ φθορὰν ἐπιτιμῆσῃ δὲ καὶ τοῖς ἐμφυτοῖς κινήμασι, τοῖς εἰς φιληδονίαν δηλαδὴ. ἥν γὰρ ἔτω νεκρωθῆναι τὴν ἁμαρτίαν τὴν ἐν αὐτῇ. μεμνημέθα δὲ καὶ τῆς μακαρίστου Παύλου, νόμον ἁμαρτίας καλῆσαντος τὸ ἐν ἡμῖν ἐμφυτὸν κίνημα. ἔκεν, ἐπειδήπερ ἡ ἀνθρωπίνη σὰρξ γεγονεν ἴδια τῆς λογῆς, πεπανταί μὲν τὸ ὑποφερῆσθαι τῇ φθορᾷ· καὶ ἐπει ἁμαρτίας ἐκ ἐποίησεν ὡς θεός, οἰκειωσάμενος αὐτήν, καὶ ἰδίαν ἀποφῆνας, ὡς ἔφη, πεπανταί καὶ τῆς νοσεῖν τὸ φιληδονον. καὶ ἐκ ἑαυτῷ τῆς κατωρθώκεν ὁ ἀμνονογενῆς τῆς θεῆς λόγος, ἔστι γὰρ, ὁ ἔστιν αἰεὶ, ἀλλ' ἡμῖν δηλονότι. Ut homo factus esse crederetur, illicet id quod erat, Deus videlicet, maneret, ideo eum per-

tulisse essuriam, sitim, tristitiam, perturbationem, cæterasque humanas, non reprehendendas passiones; contra ea, ut, cum homo esset, conspiceretur idem Deus esse, miracula patrasse, in quibus postquam increpationem maris et resuscitationem mortuorum attulit, ita pergit: ὑπεμεινε δε και ξαυρον, ινα σαρκι παθων τον θανατον και εφυσει θεοτητος, γενηται πρωτοτοκος εκ των νεκρων, και οδοποιηση τη ανθρωπι φυσει την εις αφθαρσιαν οδον και σκυλευσας τον αδην, τας αυτοθι καθειργμενας ελευθερωση ψυχας. μετα δε την αναστασιν ην μεν αυτο το σωμα το πεπονθος, πλην εκετι τας ανθρωπινας ασθενειας εχον εν εαυτω... και εκ τετο μονον, αλλα και ζωοποιον, ζωης γαρ εξι σωμα, τετεσι, τε μονογενες. κατελαμπρηθη δε και δοξη τη θεοπροπεσατη, και νοειται θεσ σωμα. Quare si cui corpus ejus divinum appellare libeat, illum non errare, cum sit corpus Dei, omnia humana transcendens; modo ne dicat in naturam Divinitatis esse conversum, cum æque sit absurdum statuere, corpus in Deitatis naturam esse conversum, ac dicere Divinitatem in carnis naturam transiisse.

Priori loco argumenta profert ex sacra scriptura de anima ejus testante, a functionibus humanis, a salute paranda desumta, descensu ad inferos non commemorato. Alter vero locus ideo imprimis gravissimus est, quia, cum a se avertere accusationem Apollinarismi hic innixe laboret autor, jure nostro suspicari videmur, præcipue illius interfuisse, ut, quæ sententiæ maxime confutare existimarentur Apollinaristas, eas se toto animo amplecti, monstraret. Quare cum hoc loco, præter illud argumentum a functionibus humanis petatum, id præcipue agat, ut incarnationis consilium et το αναγκαιον, ad salutem perfectam parandam, perfectæ naturæ humanæ suscipiendæ exponat, recte concludere nobis videmus, hoc quoque argumentum contra illum, cujus accusatus erat, errorem ab eo, ad quem literas apologeticas scriberet, gravissimum esse existimatum. Neque huic rei obstat, quod hoc loco simul commemorat descensum ad inferos, ut dixerit

aliquis, inde eodem modo sequi, ut hoc quoque argumentum præcipuum in illa lite existimatum esse concedamus; primum enim non ad humanitatem ostendendam, sed ad divinitatem in homine etiam perspicuam monstrandam, hoc argumentum ab eo adhiberi, et quidem obiter, contextus docet; deinde tantum abest, ut id inde concludere liceat, ut multo magis appareat, ne potuisse quidem hoc argumentum tamquam per se omnino sufficiens et ab omni tergiversatione tutum adhiberi, id quod § sequenti accuratius ostendemus.

§ 17.

Ex iis quæ exhibuimus scriptorum ad litem Apollinasticam pertinentium argumentis, iisque, quæ ad ea passim sunt a nobis observata, satis patet, argumentum a descensu Domini ad inferos petatum neque ab omnibus aut vulgo esse usurpatum, quum e contrario sit a clarissimis patribus, a Gregoriis Nazianzeno et Nysseno, Chrysostomo, Augustino omnino neglectum; neque ab iis, a quibus sit propositum, majoris quam cetera argumenta momenti esse habitum; argumentum vero, ab incarnationis consilio et necessaria salutis perfectæ hominibus parandæ conditione desumptum, quod videlicet oporteret servatorem, ad opus salutiferum perficiendum, totam in se suscipere naturam humanam omnesque vices obire humanas, ut hominem, peccato corruptum mortisque imperio subditum, sua vi divina in se renovatum sisteret, peccati et mortis et corruptionis victorem, quia, ut verbis utamur Gregorii Nazianzeni ¹⁾, το ἀπροσληπτον, ἀθεραπειυτον ὁ δε ἦνωται τῷ θεῷ, τῆτο και σωζεται, illud esse, quod omnium animis obversetur, ad quod omnes ubique revertantur, tamquam in tota illa disputatione gravissimum. Quod ut clarius uno intuitu appareat, brevem dabimus conspectum argumentorum in hac lite ab orthodoxis adhibito-

1) Ep. ad Cled. I p. 740.

rum, quæ non tam in verbis adversariorum arte dialectica refellendis, quam in doctrina ecclesiæ positive demonstranda versantur.

Potissima illa argumenta hæc sunt, quæ petuntur

1) ex sacræ scripturæ effatis, hisce fere :

Ps. 15, 10. 29, 3. 85, 3. 87, 6. Es. 7, 14. 9, 6. 53, 12. Mal. 3, 6. Bar. 3, 3. Matth. 1, 23. 26, 28. 37. 39. 41. Luc. 1, 35. 2, 12. 40. 52. 15, 4. 23, 46. 24, 39. Joh. 1, 1. 14. 2, 19. 8, 40. 10, 10. 11. 15. 17. 18. 11, 33. 12, 27. 17, 5. Act. 2, 24. 27. 31. 36. Rom. 1, 23. 8, 3. 4. 9, 5. 1 Cor. 1, 8. 16. 3, 2. 3. 6, 17. 9, 10. 15, 22, 53. 2 Cor. 4. 16. 5, 21. Gal. 3, 13. 4, 4. Eph. 3, 6. 4, 8. Phil. 2, 7-10. 1 Thess. 4, 14. 2 Tim. 2, 8. Hebr. 1, 4-14. 2, 14-17. 4, 15, 13, 8. 1 Pet. 3, 19. 4, 1. 1 Joh. 3, 16.

2) ex notione hominis :

Greg. Naz. Ep. ad Cled. p. 740. Greg. Nyss. Antirrh. c. 22-30. c. 35. 54. Theodoret. Dial. VI. 1081. August. Ev. Joh. c. 10. tract. 48.

3) ex Christi nativitate et incremento humano :

Athan. de inc. c. 4. 5. Epiph. hæ. 77 c. 26. Ancor. 34. Ambros. de inc. c. 6. Theodoret. Dial. VII c. 29. Ruf. libell. fid. c. 44.

4) ex functionibus humanis ad corpus pertinentibus :

Athan. ad Epict. c. 5. Epiph. hæ. 77. c. 30. Ancor. c. 33. Greg. Nyss. Antirrh. 22. Chrysost. ad læs. p. 9. Theodoret. Dial. VII c. 29. Cyril. Alex. Ep. ad Succens. 1.

5) ex functionibus humanis ad animam pertinentibus :

Athan. de sal. adv. 13. Epiph. hæ. 77 c. 30. Ancor. c. 33. Greg. Nyss. Antirrh. c. 22. Chrys. ad Cæs. p. 9. Theodoret. Dial. VI. 1089. Dial. VII c. 29. August. Enarr. 2 in Ps. 29. Cyrillus Alex. de recta fide c. 55. Epist. ad Succ. 1.

- 6) ex Christi passione :
 Athan. ad Epict. c. 5. Theodoret. Dial. VI, 1079.
 1082. VII c. 29. Philast. de hæres. Cyril. Alex. Ep.
 ad Succ. 1.
- 7) ex dignitate et natura Divinitatis :
 Athan. ad Epict. c. 4. de inc. c. 3. de sal. adv. c. 15.
 Greg. Nyss. Antirrh. c. 2. 5. 7. 19. Theoph. Alex.
 p. 693.
- 8) ex dignitate Christi :
 Theophil. Alex. p. 695. August. de Agone c. 19 n. 21.
- 9) ex mortis ratione :
 Athan. de inc. c. 13. 18. de sal. adv. c. 14. 15. 16.
 Greg. Nyss. Antirrh. c. 17. Theodoret. Dial. VI p. 1089.
- 10) ex descensu ad inferos :
 Athan. Ep. ad Epict. c. 5-6. de inc. c. 5. 7. 13-14.
 17-18. de sal. adv. c. 14-15. 17. Epiph. Hær. 77 c.
 29. 34. Anc. 34. Ambros. de inc. c. 5. Theodoret.
 Dial. VI. 1080-89 VII c. 29. Theophil. Alex. p. 695.
 Philastr. de hæres. Rufin. Lib. fid. c. 44. Cyril. Alex.
 Ep. ad Succ. 1.
 In his vero locis descensu ad inferos utuntur autores,
 a) *ad ostendendam divinitatis cum humanitate conjunc-*
tionem :
 Athan. de sal. adv. c. 14. Epiph. Hær. 77 c. 29.
 34. Ambros. de inc. c. 5. Cyrill. Alex. Ep. ad
 Succ. 1.
 β) *ad mortis rationem describendam :*
 Athan. de inc. c. 13. 17. de sal. adv. c. 15. Theo-
 doret. Dial. VI. 1088.
 γ) *ad describendam salutem perfectam omnes obeundo*
vices humanas a salvatore parandam :
 Athan. de inc. 5. 7. 14. 17. 18. de sal. adv. 15.
 16. 17. Theodoret. Dial. VI. 1088.
 δ) *tamquam argumento per se :*
 Athan. Ep. ad Epict. c. 5-6.

Athan. de inc. c. 14. his interjectis verbis: πως ἐκεῖ παρων ὁ κυριος ἄσωματως ὡς ἄνθρωπος ἐνομισθη ὑπο τε θανατε; ἵνα ψυχαις ταις ἐν δεσμοῖς κατεχομεναις, μορφην ἰδίας ψυχῆς ἀνεπιδεκτον ὡς δεκτικην των δεσμων τε θανατε παρῆσας, παρεσαν παρεσαις, διαρῶρηξῃ τα δεσμα ψυχων των ἐν ἄδη κατεχομενων;

c. 17. ἔτε γαρ ὁ ἄδης ἠνεγκεν ἀπαρακαλυπτε θεοτητος ἐπιβασιν.

c. 18. και πως εἰς ἄδε κατηλθεν ἀπαρακαλυπτω τη θεοτητι;

Athan. de salut. adv. c. 15. και ταις ψυχαις εὐηγγελίζετο.

c. 17. πως δε και ἀπαρακαλυπτως ὄφθεις ὁ λογος ἐν τῷ ἄδη ἐνομισθη ἐν τῷ θανατῷ ὡς ἄνθρωπος;

Eriphan. Ancor. 34.

Theodoret. Dial. VI p. 1088-89. Dial. VII c. 29: και ἵνα ἄδην συνλευση.

Theophil. Alex. Lib. pasch. 1. p. 695.

Philastrius et Rufinus, citantes modo absque ulla explicatione Act. 2. 27. 31.

11) ex salute perfecta paranda:

Athan. Ep. ad Epict. c. 5. 6. 7. de inc. c. 4-5. 6. 7.

12. 13-14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. de sal. adv.

c. 5. 7. 9-10. 11. 13. 15. 17. Epiph. hær. 77. c. 14.

24. 31. Ancor. 78. Gregor. Nazianz. Ep. ad Cled. 1.

p. 738. 740-41. 742. 744. Greg. Nyss. Ep. ad Theoph.

p. 264. Antirrh. c. 2. 15. 16. 17. 26. 54-55. Ambr.

de inc. c. 5. 6. 7. Theodoret. Dial. VI. 1086. 1088.

Dial. VI. c. 3. 29. Theophilus Alex. p. 693. 694. 695.

Philastr. de hær. Augustinus de civit. dei Lib. 10. c. 27.

Cyrillus Alex. de recta fide c. 55. Ep. ad Succensum 1.

Jam vero si illud ex descensu ad inferos argumentum neque ab omnibus aut vulgo est adversus Apollinaristas adhibitum,

et ne ab iis quidem, qui eo usi sunt, tamquam gravissimum est propositum, imo obiter tantum commemoratum leviterque tactum, jure nostro sine dubio concludimus, in ea una re, quod hoc dogma in lite Apollinaristica nonnumquam adhibitum fuerit, non idoneam inesse rationem, cur statuamus, patres ecclesiæ ad hæresin Apollinaris opprimendam, in symbolum illum intulisse articulum.

Neque hic prætereundum existimamus, ne potuisse quidem, ut vult Kingius, patres ecclesiæ, qui hoc argumento usi sunt, tale id habere, adversus quod „nullam possent adversarii comminisci exceptionem, vel umbram argumenti, quam ei opponerent 1),” quippe cum ipsos non potuerit latere, in descensu ad inferos iisque, quæ ibi cum perpetrasse fides ecclesiæ doceret, non minus perspicue apparere divinitatem ejus quam humanitatem veram, quin etiam eam hujus dogmatis vim ne in ipsa quidem adversus Apollinaristas controversia intactam reliquerint ipsi 2), aliisque locis fusius exposuerint 3), magna autem vi adversus Arianos præcipue urserint 4); quo factum est, ut etiam alii scriptores, qui accu-

1) Hist. Symb. ap. c. IV § 66.

2) Athan. de sal. adv. c. 14. Epiph. hæ. 77. c. 29. 34. Ambros. de inc. c. 5.

3) Epiph. Anaceph. p. 155 ed. Petav. Expos. fid. § 17.

4) Athan. Orat. III contra Arian. c. 57. ὁ δε κυριος ἀθανατος ἀν-
τος ὄν, σαρκὰ δε θνητὴν ἔχων, ἐπ' ἐξουσίας εἶχεν, ὡς θεος ἀπο το
σωματος χωρισθῆναι, καὶ τὸτο παλιν ἀναλαβεῖν, ὅτε βέλτεται. περι
τρετὸ καὶ Δαβὶδ ψάλλει, ἐκ ἐγκαταλείψεις etc. Ps. 15, 10. Epiph.
Hæ. 69, 62. ἡμελλε γὰρ ἡ θεοτῆς τελειῶν τα πάντα, καὶ κατὰ το
μυστηριον τε παθεῖς, καὶ σὺν τῇ ψυχῇ κατελθεῖν ἐπὶ τα καταχθονία
ἐπὶ το ἐργασθῆναι τὴν προκεκοιμημένον σωτηριαν, φημι δε ἁγίων
Πατριαρχων... ἔτε γὰρ κατελίπεν ὁ ἅγιος θεος λογος τὴν ψυχῇν,
ἔτε ἐγκαταλείφθη ἡ ψυχῇ αὐτε ἐν ἀδη. πάντα γὰρ οἰκονομεῖ τα
τῆς τοιαυτῆς μεγάλῆς μωσαγωγίας ἡ τριάς ἀπαρλείπτως, ὁ Πατηρ,
καὶ ὁ υἱός, καὶ το ἅγιον πνευμα. Deinde cap. 64. ἀδυνατον δε
ἐν τὴν ψυχῇν αὐτε κατασχεθῆναι δια τὴν θεοτητα... καὶ παλιν
ἐπὶ το αὐτο ἐπλήρη τὴν τελειαν ἀναστασιν ἐν τῇ αὐτε θεοτητι, ἐν

sarentur, quod ad Apollinarismum vergerent, hoc dogmate ad doctrinam suam de conjunctione naturarum demonstrandam uti possent v. c. *Cyrillus in Ep. ad Monach. Eg. c. 29* et *de recta fide c. 21-22* cfr. l. c. § 16. Neque denique ipsum Apollinarem hoc dogma negasse, monet *Neander*¹⁾, qui in *Catena Nicephori*, quem librum non mihi contigit videre, tradit inveniri verba ipsius Apollinaris, quibus doctrina de descensu Domini ad inferos, tamquam ad exinanitionem et acerbitem mortis pertinente, explicetur, unde conjicere liceat, eum etiam hoc dogma cum theoria sua conciliare potuisse, neque vero hic Apollinaristis deficere potuisse „exceptiones, ut in cæteris, quæ a patribus huic errori opponerentur argumenta.”

Huc accedit, quod, si in ea una re, quod a patribus nonnullis dogma hoc contra aliquod hæreticorum genus adhibitum sit, idonea inesse ratio existimanda esset, cur statueremus, ideo illud esse in symbolum receptum, ostendendum certe esset, idem dogma non antea fuisse ad hæreticos refellendos usurpatum, ut tum primum præteritum eius ad fidem ecclesiæ confirmandam agnitum fuisse putarem. Quodsi contra demonstrari potest, idem dogma diu iam ante simili modo adhibitum esse, neque tum ex hoc usu secutam esse eius in symbolum receptionem, eandem rem id postea effecisse non per se, nisi alia accedant, verosimile videtur. Jam vero sec. 2^{do} *Irenæum* invenimus adversus hæreticos Gnosticos, resurrectionem negantes, hominem vero immediate post mortem in coelum transire docentes, simili modo ex hoc dogmate disputantem, hoc solo discrimine, ut, cum illi scriptores in lite Apollinaristica conjicerent, cum ad inferos descenderit Christus, exinde sequi, ut communem habuisset naturam humanam, animam non minus quam corpus, ille al-

τη αὐτῆ ψυχῆ, ἐν τῷ αὐτῷ ἁγίῳ σώματι, συνενώσας λοιπὸν τὴν πασαν οἰκονομίαν εἰς μίαν ἔνωσιν πνευματικὴν, εἰς μίαν ἔνωσιν θεότητος, εἰς μίαν οἰκονομίαν, εἰς μίαν τελειότητα.

1) l. c.

tera ex parte rem aggrediens dicat, cum Christus, quippe quod homo fuerit, ad inferos descenderit, sequi, ut hæc sit sors communis humana. Verba ejus leguntur Lib. 5 c. 31: „Hæretici enim, . . . simulatque mortui fuerint, dicunt se supergredi coelos et Demiurgum, et ire ad matrem vel ad eum, qui ab iis effingitur, patrem. Qui ergo universam reprobant resurrectionem, et, quantum in ipsis est, auferunt eam de medio, quid mirum est, si nec ordinem resurrectionis sciunt, nolentes intelligere, quoniam si hæc ita essent, quemadmodum dicunt, ipse utique Dominus, in quem se dicunt credere, non in tertia die fecisset resurrectionem, sed super crucem exspirans, confestim utique abisset sursum, relinquens corpus terræ. . . . Si ergo Dominus legem mortuorum servavit, ut fieret primogenitus a mortuis. . . quomodo non confundentur, qui dicunt, inferos quidem esse hunc mundum, qui sit secundum nos, interiorem autem hominem ipsorum, derelinquentem hoc corpus in supercælestem ascendere locum? Cum enim Dominus in medio umbræ mortis abierit, ubi animæ mortuorum erant, post deinde corporaliter resurrexit et post resurrectionem assumptus est, manifestum est, quia et discipulorum eius, propter quos et hæc operatus est Dominus, animæ abibunt in invisibilem locum, definitum iis a Deo, et ibi usque ad resurrectionem commorabuntur, sustinentes resurrectionem; post recipientes corpora et perfecte resurgentes, hoc est corporaliter, quemadmodum et Dominus resurrexit, sic venient ad conspectum Dei. Nemo enim est discipulus super magistrum. Sic et nos sustinere debemus definitum a Deo resurrectionis nostræ tempus, prænuntiatum a Prophetis, et sic resurgentes assumi, quot Dominus ad hoc dignos habuerit 1).” Eodem modo, quinetiam iisdem fere verbis, *Tertullianum* contra philosophorum quorundam de immortalitate commenta, disputantem invenimus, *De anima* c. 55. „Quodsi Christus Deus, quia et homo, mor-

1) v. Ncander l. c.

tuus secus scripturas, et sepultus secus easdem, huic quoque legi satisfecit, forma humanæ mortis apud inferos functus, nec ante ascendit in sublimiora coelorum, quam descendit in inferiora terrarum, ut illic Patriarchas et Prophetas composites sui faceret, habes et regionem inferum subterraneam credere, et illos cubito pellere, qui satis superbe non putant animas fidelium inferis dignas, servi super dominum, et discipuli super magistrum, aspernati, si forte in Abrahæ sinu, exspectandæ resurrectionis solatium cupere.”

Ita per se patet, hanc hypothesin cadere, nisi aliæ accedant aliunde petitæ rationes historicæ, quibus confirmetur. Ad quam quæstionem iam transibimus solvendam. Neque tamen, ante quam singula huc spectantia cum lectoribus communicemus, pronunciare dubitamus, tantum abesse, ut accuratiore monumentorum ecclesiæ antiquæ investigatione confirmetur, ut multo magis omni historicæ veritati repugnet.

§ 18.

In ea, ad quam nunc transimus, disquisitione primum consulendum videtur testimonium *Rufini*. Cum enim illa hypothesis, in qua excutienda versamur, una ex parte testimonio Rufini nitatur, hoc videlicet, quo verba illa „descendit ad inferna” additamentum fuisse docet symbolo Aquileiensi proprium, quod neque in Romano symbolo neque in symbolis ecclesiarum Orientalium inveniretur, operæ certe pretium erit inquirere, num etiam altera ex parte testimonio ejus confirmetur, h. e. numquid in expositione symboli apud Rufinum occurrant ea, quæ suspicari faciant, Rufinum ipsum hoc additamentum ad litem Apollinaristicam retulisse; quodsi inventum fuerit ita se habere, gravissimum sane momentum afferet ad illam hypothesin nobis probandam. Verum contrarium quidem invenitur.

Capite enim 3^{to} additamenti variis hic illic symbolum auctum fuisse commemorans: „Verum prius, inquit, quam

incipiam de ipsis sermonum virtutibus disputare, illud non importune commonendum puto, quod in diversis ecclesiis aliqua in his verbis inveniuntur adjecta. In ecclesia tamen urbis Romæ hoc non deprehenditur factum. . . In cæteris autem locis, quantum intelligi datur, propter nonnullos hæreticos addita quædam videntur, per quæ novellæ doctrinæ sensus crederetur excludi. Nos tamen illum ordinem sequimur, quem in Aquileiensi ecclesia lavacri causa suscepimus." Deinde cap. 5^{to} in articulo de Deo, in verba *„invisibili et impassibili,”* quæ ibi addita leguntur: *„sciendum, inquit, quod duo isti sermones in ecclesiæ Romanæ symbolo non habentur; constat autem apud nos additos, hæreseos causa Sabellii, illius profecto, quæ a nostris Patripassiana appellatur. . . ut ergo excluderetur talis impietas de Patre, videntur hæc addidisse majores, et invisibilem Patrem et impassibilem dixisse.”* Cap. autem 18^o in verba *„descendit ad inferna:”* *„Sciendum sane est, inquit, quod in ecclesiæ Romanæ symbolo non habetur additum descendit ad inferna: sed neque in Orientis ecclesiis habetur hic sermo: vis tamen verborum eadem videtur esse in eo, quod sepultus dicitur,”* ex quibus verbis luculenter prodit, nihil eum majoris pretiî huic articulo per se attribuisse, neque aliud quidquam in illo vidisse, quod non idem in voce *„sepultus”* inesset, neque omnino in mentem ei venisse, originis illum esse, quemadmodum verba nuper commemorata, polemicæ, nedum originem traxisse a controversia, in qua hic utique cardo rei fuisset, ut sepultura diserte distingveretur a descensu ad inferos, ad describendam per illam corporis sortem humanam, per hunc animæ. Quodsi illud additamentum adversus antiquiorem hæresin factum esse, non ignoravit, non fieri potuit, quin si hic articulus de descensu adversus hæresin recentiorum tam celebrem additus esset, id quoque cognitum haberet, præsertim quum id ipsius utique ævo factum fuisset; si vero tanti eius interfuisse videmus, ut originem additamenti anti-

quioris illustraret, pluris sine dubio judicare debemus eius interfuisse, ut originem proponeret recentioris.

Præterea, quamvis ex cap. 28^{vo} patet, eum per vocem „descendit ad inferna” non idem intelligere ac „sepultus est” sed realem statuere descensum ad inferos Domini, tamen cap. 39^{no} in articulo de Ecclesia, ubi varios, qui a sancta ecclesia defecerint, hæreticos enumerat, in his etiam Apollinaristas, eorumque et hæresin et refutationem exhibet, nulla de descensu ad inferos mentione facta, illud modo argumentum profert, in quod ubique apud omnes, ut ante ostendimus, incidimus a salutis perfectæ necessaria conditione desumptum: „Consilium, inquit, vanitatis est et hoc, quod olim congregavit pertinax et prava contentio¹⁾), asserens, Christum carnem quidem humanam suscepisse, non tamen et animam rationalem: *cum utique et carni et animæ et sensui humano ac menti una eademque salus a Christo collata sit.*” Quin etiam sub finem capitis, ubi præcipuas fidei partes, quæ tenendæ sint adversus omnes illas hæreses breviter complectitur, hunc articulum omittit, non quidem solum sed cum pluribus, ita tamen, ut palam sit, omissis eum ad hæreses refutandas vim non tribuere. Verba eius hæc sunt: „Ab his, inquam, omnibus fidelis declinet auditus. Sanctam vero Ecclesiam tene, quæ Deum patrem omnipotentem . . . filiumque Dei natum ex Virgine, passum pro salute humana,

1) Notandum est, Apollinaris nomen hic non disserte adscriptum esse; sed Apollinarem intelligi, et ipsa hæreseos delineatio declarat, et illa, quibus originem describit, verba: „congregavit pertinax et prava contentio” confirmant, quæ apprime conveniunt cum illis, quæ de Apollinari et de ortu hæreseos eius in Hist. eccles. Libr. II c. 20 narrat: „Interea, inquit, apud Laodiceam Syriæ ante idem tempus Apollinaris Episcopus, vir sane in cæteris instructus, sed dum contentionis vitio nimius agitur, et adversus omne, quod quisque dixerat, ire obvius delectatur, jactatione ingenii male fortis hæresin ex contentione generavit, asserens &c.

ae resurrexisse a mortuis in ea carne, in qua mortuus est, credit. Eundemque denique venturum &c.” Quodsi huic articulo aliquid momenti adversus quameunque hæresin tribuisset, vix fieri potuisse ut eum prætermitteret eo magis suspicari licet, quod videmus, eum hoc loco ne dubitavisse quidem verba alia adjicere de suo, quæ in symbolo exposito non essent, sed quæ ipsi viderentur ad hæresin quandam, inter cæteras commemoratam, opprimendam conferre, hæc videlicet quæ sequuntur resurrectionem Domini a mortuis, „in ea carne, in qua mortuus est,” quæque illis opponi vellet, qui jactarent, carnis resurrectionem non in integram naturæ suæ substantiam reparandam.

§ 19.

Ita cum demonstratum sit, quæ apud Rufinum inveniuntur de hoc articulo et de errore Apollinaristico, non modo non confirmare illam hypothesin, sed ei etiam refragari, ad monumenta historica eorum, quæ publice cum Apollinaristis in hæresi eorum damnanda acta sunt, inspicienda transgrediemur. Hic autem jure nostro statuere nobis videtur, quo historice rem tractanti conjicere liceat, litem apollinaristicam præcipue contulisse ad articulum de descensu Christi ad inferos symbolo inserendum, ostendi utique oportere, aut hunc articulum additum esse formulis fidei eorum conciliorum, in quibus doctrina Apollinaris damnata sit, aut saltem, si in actis horum conciliorum aliqua memoriæ prodita sint (ut sunt), quæ episcopos congregatos ad istam doctrinam damnandam commoverint, in his etiam hujus dogmatis, tamquam gravissimi adversus illam doctrinam argumenti, mentionem factam esse. Sed horum nihil invenitur.

Concilia huc pertinentia sunt concilium Alexandrinum, concilia Damasi papæ Romana, et concilium Constantinopolitanum, œcumenicum secundum.

Primum enim, in quo hujus doctrinae hæreticæ, quamvis sine nomine Apollinaris ¹⁾, mentio facta est, concilium est Alexandrinum a. 362 habitum, cujus in epistola synodali hæc verba occurrunt: „ὁμολόγηεν γὰρ καὶ τῆτο, ὅτι ἡ σωμα ἀψυχον, ἔδ' ἀναισθητον ἔδ' ἀνοητον εἶχεν ὁ σωτηρ, ἔδε γαρ οἶον τ' ἦν, τε κυριε δι' ἡμας ἀνθρωπε γενομενε, ἀνοητον εἶναι το σωμα αὐτε, ἔδε σωματος μουε ἄλλα και ψυχης ἐν αὐτω τῷ λογῷ σωτηρια γεγορευ (Mansi coll. III, 352). His paucis verbis tota res ibi absolvitur, sed in hac quidem brevitate jam nobis illud occurrit, tamquam rei summam complectens, argumentum, quod postea in litis illius progressu, ut ostendimus, semper denuo repetitum est.

In conciliis præside Damaso episcopo inter annos 369 et 382 Romæ habitis Apollinaristarum hæresis, et quidem nominatim, damnata est; neque tamen ex actis apparet, ullam esse dogmatis de descensu mentionem factam, sed oratio semper ad idem, a salute perfecta homini per Christum parata petitum, argumentum redit. Ita in fragmento quodam, quod a Mansio ad concilium 2^{dum} Romanum a. 372 habitum refertur, hæc verba occurrunt: „Eundem (Dei filium) redemptionis nostræ gratia processisse de virgine, ut perfectus homo pro perfecto, qui peccaverat, homine nasceretur. Ergo, fratres, asseramus, Dei filium et perfectum hominem suscepisse (Mansi coll. III, 460).” Aliud fragmentum, ad idem concilium relatum, hæc habet: „Illud sane miramur, quod quidam inter nostros dicantur, qui licet de trinitate piam intelligentiam habere videantur, de sacramento tamen salutis nostræ ignorant virtutes scripturasque et recta non sentiant. Adserunt enim dicere, Dominum et salvatorem nostrum ex Maria virgine imperfectum, id est, sine sensu

1) Unde factum est, ut Walchius, licet, ut mihi quidem videtur, argumentis haud plane sufficientibus, contenderit, non ad Apollinarem sed ad Arianos pertinere hujus concilii decretum. Entwurf einer vollst. Historie d. Ketzereien III p. 170.

(α : anima rationali, ut ex cæteris illucescit) hominem suscepisse. Heu quanta erit Arianorum in tali sensu vicinitas! Illi imperfectam divinitatem in Dei filio dicunt, isti imperfectam humanitatem in hominis filio mentiuntur. Quodsi utique imperfectus homo susceptus est, imperfectum Dei munus est, imperfecta nostra salus, quia non est totus homo salvatus. Et ubi erit illud dictum Domini: „venit filius hominis salvare, quod perierat“? totum, id est, in anima et in corpore, in sensu atque in tota substantia suæ naturæ. Si ergo totus homo perierat, necesse fuit, ut id, quod perierat, salvaretur. Si autem sine sensu salvatus est, jam contra evangelii fidem invenietur, non totum, quod perierat, esse salvatum, cum alio loco ipse salvator dicat: „irascimini mihi, quia totum hominem salvam feci.“ Quidquod ipsius principalis delicti et totius perditionis summa in hominis sensu. Primum enim sensus hominis eligendi boni malique si non perisset, non moreretur. Quomodo ergo præsumeretur in finem salvari minime debuisse, quod ante omnes peccasse cognoscitur? Nos autem, qui integros ac perfectos salvatos nos scimus, secundum catholicæ ecclesiæ professionem, perfectum Deum perfectum suscepisse hominem profiteremur. Quapropter date operam, ut intelligentia sanæ doctrinæ etiam eorum sensus salventur, qui adhuc sensum salvatum esse non credant (Mansi coll. III 461).” Sic etiam epistola synodica Damasi contra Apollinarem et Timotheum scripta, quæ legitur in Hist. eccl. Theodoretii Libr. 5 c. 10, rem sistit:

γινωσκετε τοινεν, ότι τον παλαι Τιμοθεον τον βεβηλον, τον μαθητην Απολλιναριε τς αίρετικε, μετα τα άσεβες αυτε δογματος, καθειλομεν.... ό γαρ Χριστος ό υιος τς θεε, ό κυριος ήμων, τω γενει των ανθρωπων δια τς ιδιε παθεσ πληρεστατην άπεδωκε την σωτηριαν, ινα όλον τον άνθρωπον ταισ άμαρτιαισ ένεχομενον πασης άμαρτιασ έλευθερωση. τετον ει τισ ήτοι άνθρωποτητος, ή θεοτητος έλαττον εοχηκεναι ειποι, πνευματος διαβολεσ πεπληρωμενος, της γεεννης υιον έαυτον άποδεικνυσι.

In concilio Romano 3^{to}, post annum demum 374 (cfr. Mansi coll. III, 491) habito, Apollinaristarum hæresis damnata invenitur his verbis: „anathematizamus eos, qui pro hominis anima rationabili et intelligibili dicunt Dei Verbum in humana carne versatum, cum ipse Filius sit Verbum Dei, et non pro anima rationabili et intelligibili in suo corpore fuerit, sed nostram, id est, intelligibilem sine peccato animam susceperit atque salvaverit,” et in formulis fidei huic concilio tributis articulus de descensu non occurrit, modo hæc: „passum sub Pontio Pilato, crucifixum secundum scripturas, tertia die a mortuis resurrexisse.” (Mansi coll. III 482-484; cfr. Theodoreti Hist. eccl. L. 5 c. 10 et 11).

Denique in oecumenico concilio secundo Constantinopolitano a. 381 habito, canone 1^{mo}, damnata est hæresis Apollinaristica. Quæ hæc de re ibi disputata sint, in actis memoriæ non prodita sunt, sed hoc tamen inter omnes constat, unde, hanc litem non occasionem dedisse hujus articuli symbolo addendi, satis certe iam concludere posse nobis videtur, novam ibi fidei formulam exaratam esse, symbolum illud Constantinopolitanum, in quo hic articulus non legitur, — (cum tamen ibi potissimum quærendus esset, si tanti habitum fuisset momenti illud dogma ad hanc litem dirimendam, ut etiam symbolo Apostolico posthæc insereretur, quod nullum aliud litium illarum, in sec. 4^{to} de natura Christi et ad Deum relatione gestarum, vestigium præbeat, nec quidquam receperit ex definitionibus arctioribus huc pertinentibus, quæ in Nicæno et Constantinopolitano reperiantur) — sed modo hoc: *σαυρωθεντα τε ὑπερ ἡμῶν ἐπι Ποντιῶ Πιλατῆ, καὶ παθοντα καὶ ταφεντα καὶ ἀνασαντα ἐν τῇ τριτῇ ἡμέρᾳ, κατὰ τὰς γραφὰς.* (Walchii bibl. symb. p. 93). Præterea in epistola synodica, ab episcopis Constantinopolitanis Damaso cæterisque Romæ congregatis episcopis missa, de damnatione Apollinaristarum hæc leguntur: *καὶ τὸν τῆς ἐνανθρωπησεως δε τε κυριε λογον ἀδιασροφον σωζομεν, ἐτε ἀψυχον, ἐτε ἀνευ, ἢ ἀτελῆ τῆν τῆς σαρκος οἰκο-*

νομιαν παραδεχομενοι· ὅλον δε εἶδοτες, τελειον μὲν ὄντα προ αἰωνων θεος λογον, τελειον δε ἄνθρωπον ἐπ' ἑσχατων των ἡμερων δια την ἡμετεραν σωτηριαν γενομενον· et postea: ὡσαντως δε και την Ἀπολλιναριε προφανως ἀπεκηρυξαν εἰρηκοτες, και τον της ἐνανθρωπησεως τε κυριε λογον ἀδιαξροφον σωζομεν, ἔτε ἀνευ ἧ ἀτελῆ την της σαρκος οἰκονομιαν παραδεχομενοι, (Theodor hist. eccl. L. 5 c. 9) nulla igitur descensus Domini ad inferos mentione facta, sed modo alterius illius argumenti vulgaris.

Quo magis vero hanc rem consideramus, eo magis mirum, imo incredibile videtur, eum episcopi congregati novam in hoc concilio fidei formulam componerent, qua omnes illæ, quæ post concilium Nicænum ortæ essent, hæreses opprimerentur, in illa formula exaranda nullam omnino hæreseos tam late dispersæ, tamque ex omnium consensu perniciosæ, rationem habitam fuisse, quam rem equidem non parum contulisse suspicor ad fidem conciliandam illi hypothesis de receptione articuli nostri in symbolum Apostolicum, quod verosimile videretur, ecclesiam alicubi tamen in symbolo aliquid opposuisse huic errori. Quodsi monstrari poterit tale additamentum, quo illa hæresis reprobaretur, ab articulo de descensu ad inferos omnino diversum, in symbolum Constantinopolitanum esse receptum, ab omni certe veri specie abhorre patebit, hunc articulum ad eandem hæresin reprobendam in symbolum Apostolicum esse receptum. Tale vero additamentum factum esse jam suspicari licet ex verbis Justiniani imperatoris ad Epiphanium patriarcham Constantinopolitanum, quæ leguntur in Justiniani Codice Lib. 1, Tit. 1. 7. § 4: "Sequentes in omnibus sancta quatuor concilia, et quæ ab unoquoque eorum constituta, id est Nicænum 318 Patrum et hujus regię 150, et Ephesinum prius et Chalcedonense, manifeste omnibus (qui una nobiscum sentiunt) fidelibus sanctæ catholicæ et apostolicæ ecclesiæ traditam regulam fidei, hoc est sanctam formulam seu symbolum tenemus et custodimus a 318 sanctis Patribus expositam, et illud quod in hac regia

urbe 150 sancti Patres apertius exposuerunt. Non quod defectuosum esset prius, sed quoniam veritatis hostes partim subvertere cæperant sancti spiritus Deitatem, *partim ex sancta semper Virgine Maria, Deipara, veram incarnationem Dei Verbi negaverant. Propterea scripturæ testimoniis idem symbolum supradicti 150 sancti Patres apertius exposuerunt*, idque et aliæ omnes sanctæ synodi, id est Ephesina prior et Chalcedonensis, eandem fidem sequentes susceperunt et custodierunt." Ex his verbis jure conjici posse videtur, non minus adversus eos, qui "veram incarnationem negassent", apertius expositum esse symbolum, quam adversus eos, qui "subvertere coepissent sancti spiritus Divinitatem." Quænam verba contra hos addita sint, satis per se patet, non ita, quæ contra illos adjecta existimanda sint. Id vero aliunde edocemur.

Etenim in actis concilii Ephesini Chalcedone prima sessione prælectis, cum Eutyches formulam fidei synodo tradidisset, symbolo Nicæno plane consentaneam, in qua igitur illa deessent additamenta, quæ Constantinopoli facta essent, suspicioni hoc ei datum esse refertur, et dixisse Diogenem, episcopum Cyzicenum: *δολεως προσεταξατο την εν Νικαια των ἁγιων πατερων συνοδον· ἐδεξατο δε προσθηκας παρα των ἁγιων πατερων δια την έννοιαν την κακην' Απολλιναρις, και Βαλεντινς, και Μακεδονις, και των ὁμοιων ἐκεινοις. και προστεθειται τῷ συμβολῷ των ἁγιων πατερων Τον κατελθοντα, και σαρκωθεντα ἐκ πνευματος ἁγις και Μαρίας της παρθενς. Τετο γαρ παρελιπεν' Ευτυχης, ὡς' Απολλιναρις, και' Απολλιναρις γαρ δεχεται την εν Νικαια ἁγίαν συνοδον, κατα την οἰκειαν παρανομιαν ἐκλαμβανων το ῥητον· και φευγει το, Εκ πνευματος ἁγις και Μαρίας της παρθενς· ἵνα πανταχῃ μη την ένωσιν της σαρκος ὁμολογησῇ· οἱ γαρ ἅγιοι πατερες, οἱ μετα ταυτα, το ἱσαρκωθη, ὃ εἶπον οἱ ἅγιοι εν Νικαια πατερες, ἱσαφημισαν εἰποντες, Εκ πνευματος ἁγις και Μαρίας της*

παρθενε (Coll. Mansi VI, 632). In symbolo Nicæno modo legitur: *κατελθοντα και σαρκωθεντα*; addita igitur sunt inter *σαρκωθεντα*, et quod in utroque symbolo sequitur *ἐνανθρωπησαντα*, illa verba *ἐκ πνευματος ἁγιο και Μαρίας της παρθενε*, et quidem adversus hæresin Apollinaris ad utramque naturam perfecte receptam exprimendam. Hæc vero verba contra Apollinarem quidem adjecta esse, et apprime convenit cum descriptione illa apud Justinianum hæreseos opprimendæ, „qui veram ex sancta semper Virgine Maria, Deipara, incarnationem negaverant”, et eo insuper confirmatur, quod ad hæc utique symboli Nicæno-Constantinopolitani verba postea in litibus Nestoriana et Eutychiana ad utramque naturam demonstrandam a Nestorio et Leone papa provocatur, nulla vero fit descensus ad inferos mentio. Etenim Nestorium in Epistola 2^{da} ad Coelestinum ita scribentem invenimus: „Multus enim etiam nobis labor hic celebratur, dum elaboramus eruere sordidissimam impietatem opinionis Apollinaris et Arii ex ecclesia Dei. cæci, qui nec sanctorum illorum patrum expositionem meminerunt aperte ad eos reclamantes: credimus in unum Dominum, Jesum Christum, filium Dei, incarnatum ex Spiritu sancto et Maria virgine. Hæc enim vox, in nomine quod significat utramque naturam, id est, Christus est deitati patris hominibus. Humanitas vero posterioribus temporibus nata est ex sancta virgine &c. (Mansi coll. IV, 1024)”. Et Leo magnus in epistola ad Flavianum scribit: „Quam enim eruditionem de sacris novi et veteris testamenti paginis acquisivit, qui ne ipsius quidem symboli initia comprehendit? Nesciens igitur, quid deberet de Verbi Dei incarnatione sentire, nec volens ad promovendum intelligentiæ lumen in sanctarum scripturarum latitudine laborare, illam saltem communem et indiscretam confessionem sollicito recepisset aditu, quo fidelium universitas profitetur: Credere se in Deum Patrem omnipotentem et in Jesum Christum filium ejus unicum, Dominum nostrum, qui natus est de Spiritu sancto et Maria

virgine. Quibus tribus sententiis omnium fere hæreticorum machinæ destruuntur. Cum enim Deus et omnipotens et pater creditur, consempternus eidem filius demonstratur..... idem vero sempiterni genitoris unigenitus sempiternus natus est de Spiritu Sancto et Maria virgine. Quæ nativitas temporalis illi nativitati divinæ et sempiternæ nihil minuit, nihil contulit, sed totam se reparando homini, qui erat deceptus, impendit: ut et mortem vinceret, et diabolum, qui mortis habebat imperium, sua virtute destrueret. Non enim superare possemus peccati et mortis auctorem, nisi naturam nostram ille susciperet, et suam faceret, quem nec peccatum contaminare, nec mors potuit detinere." Postea vero cap. 5^{to}: „Propter hanc ergo unitatem personæ in utraqve natura intelligendam, et filius hominis descendisse de coelo, cum filius Dei carnem de ea virgine, de qua natus est, assumerit; et rursus filius Dei crucifixus dicitur ac sepultus..... Unde Unigenitum filium Dei crucifixum et sepultum omnes etiam in Symbolo confitemur (Mansi coll. V. 1367-1379)."

Ita claris testimoniis seculi proxime sequentis illustratum est, symbolum Nicænum ad arcendam hæresin Apollinarianis, in articulo „σαρκωθεντα” additamento certorum quorundam verborum auctum esse. Et quidem rem per se considerantibus verisimillimum utique videbitur, cum de incarnatione lis ageretur, ecclesiæ patres in articulum de incarnatione præcipue animos convertisse, ut talibus illum definitionibus auferent, quibus et hæresis adversariorum arceretur, et doctrina ecclesiæ sisteretur, quod utrumque illis quidem verbis additis effici, Nestorius et Leo demonstrant. Sed erant præterea in ipsis adversariorum argumentis ea, quæ ad articulum de incarnatione uberius exponendum Catholicos commoverent. Etenim invenimus apud Gregorium Nyssenum in Antirrh. adv. Apoll. c. 9, qui locus igitur ad verba illa Diogenis, episcopi Cyziceni, ex actis conc. Chalced. supra citata: *και Απολλιναριος γαρ δεχεται την εν Νικαια άγιαν συνοδον, κατα την οικειαν παρανομιαν έκλαμβανων το*

ὄρητον, illustranda inserviet, Apollinarem in eo libello, quem, ut monuimus, Gregorius sibi sumserat refutandum, ut commentum suum de homine Christo a nobis alieno, cum natura, nostra sublimiori, e coelo descendente, confirmaret, ad vocabulum illud formulæ Nicænæ: „κατελθοντα,” provocasse. Huic illius vocabuli explicationi, a sententia patrum omnino abhorrenti, satis quidem obstare, quæ in symbolo sequuntur, „και σαρκωθεντα,” in quibus apprime expressa sit nativitas ex virgine, Gregorius dicit¹⁾. Attamen hæc verba reapse non excluserant pravum intellectum Apollinaris. Quare in illa prava Apollinaris explicatione et in his, quæ contra monent Gregorius, luculentissime videmus, quid insuper permovisse existimandum sit patres, ut hoc utique loco verba quædam adjicerent, ad mysterium incarnationis ita definiendum, ut jam nullum omnino adversariis relinqueretur refugium.

Illam vero verba, quæ tum demum symbolo Nicæno adhibita sunt, antiquitus jam fuerant in symbolo Apostolico, quod arguitur, secundum opinionem patrum clare expressam, nullo, ad hanc hæresin arcendam, additamento indigebat.

§ 20.

Quodsi deinde cætera concilia inspicimus ad hoc tempus et proxime sequens pertinentia, neque in actis neque in formulis commemoratum hoc dogma, vel si commemoratur, non tamen hæresi Apollinaristicæ opponitur.

Habito concilio Illyrico c. a. 374 v. 375, in epistola imperatorum Valentis et Valentiniani fides exposita legitur, in qua hæc occurrunt: „confitemur item (ut est in fidei formula Nicææ edita) consubstantialiam Dei patris filium suscepisse carnem ex sancta Virgine, inter homines habitasse, im-

(† 1) Mira quoque inter hunc locum Gregorii et ea, quæ supra ex Leonis ad Flavian. epist. c. 5 citavimus verba, apparet congruentia.

plevisseque omnem pro nobis oeconomiam, nascendo, patiendo, resurgendo et in coelum ascendendo, (Mansi coll. III, 391)".

In synodis Africanis ab anno 348 usque ad a. 426 nullum symbolum novum prolatum est. In synodo Carthaginiensi a. 390 habita, canone 1^{mo}, fides modo his verbis proponitur. „Ad corroborandas autem fratrum et coepiscoporum nostrorum nuper permotorum mentes, ea proponenda sunt, quæ a patribus certa dispositione accepimus: ut Trinitatis, quam nostris sensibus consecratam retinemus, Patris et Filii et Spiritus Sancti, unitatem, sicut didicimus, ita Dei populos instruamus. Ab universis episcopis dictum est: plane sic accepimus, sic tenemus, fidem apostolicam sequentes (Mansi coll. III, 692)". In synodo Carthag. a. 397 recitatum est et confirmatum symbolum Nicænum (Mansi coll. III, 917). In synodis, quæ ad schisma Donatisticum componendum, quarum notissima Carthagine a. 411, habitæ sunt, nihil de fide in universum tractatum est; ita neque in synodis circa litem Pelagianam Carthagine a. 412, Hierosolymis a. 415, Diospoli a. 415, Carthagine a. 416, Mileves eodem anno habitis. In his omnibus conciliis dogmate de Christi ad inferos descensu non commemorato, in synodo Carthaginiensi e. a. 426 mentionem ejus fieri videmus. Etenim Leporius quidam, monachus Massiliensis, partim, ut vulgo fertur, ob hæresin Pelagianam, partim ob alium quendam de incarnatione Christi errorem, seniori Nestorianorum similem, ecclesia et civitate ejectus, ab Augustino et Aurelio in Africa meliora edoctus, oblato „libello emendationis sive satisfactionis" in hac synodo in ecclesiam receptus est. Is cum antea ex verbis Christi: Deus, Deus meus, quare me dereliquisti (Matth. 27, 46), probari statuisset, Christum dolores in cruce sustinuisse patientia solummere humana, minime adjuvante deitate, hanc suam sententiam versus finem libelli emendationis reprobans, ita commemorat Domini ad inferos descensum, ut dicat, Jesum his verbis, præterito pro futuro posito, mortem suam prænuntiasse,

qua corpus terrenum pro tempore a Deo esset relinquendum, nec a Deo solum, verum etiam ab anima sua cum Deo unita.

„Deus non in passionibus hominem, qui in homine secundum carnem dignatus est pati, sed corpus in morte et juxta legem excessus humani divinitas cum unita sibi anima, non crucifixum hominem reliquit in poenam, sed exanimem carnem deseruit ad tempus; et tam Christus filius Dei tunc mortuus jacuit in sepulchro, quam idem Christus filius Dei ad inferna descendit, ipse cum anima et corpore ascendit ad coelum.”

Sed neque hæc argumentatio qualiscunque, quamquam postea Apollinaris inter cæteros hæreticos anathematizandos nominatur, Apollinarismo opponitur, cum contra ea ille error, qui ab auctore retractatur, perfectam in Christo naturam humanam animo præsupponit, neque postea, ubi in symboli quasi formam professionem colligit, descensum ad inferos attingit, modo hæc habet: „Hunc igitur dominum meum secundum magnum pietatis sacramentum, sicut in carne natum, in carne passum, in carne mortuum, in carne suscitatum, in carne elevatum, in carne glorificatum credo &c.”, ommissa etiam sepultura (Mansi coll. IV, 525. 526). Inveni quidem unum quendam locum, in statutis ecclesiæ antiquis obvium, ubi dogma de descensu ejusque ad litem Apollinaristicam relationem indigitata esse suspiceris, nempe cap. 1^{mo} de ordinatione episcoporum: „Qui episcopus ordinandus est, antea examinetur, si natura sit prudens..... si incarnationem divinam non in Patre neque in Spiritu Sancto factam, sed in Filio tantum credat, ut qui erat in divinitate Dei patris filius, ipse fieret in homine hominis matris filius, Deus verus ex Patre, homo verus ex matre, carnem ex matris visceribus habens et *animam humanam rationalem*..... qui passus sit vera carnis passione, mortuus vera corporis sui morte, resurrexit vera carnis suæ resurrectione et *vera animæ resumptione*, in qua veniet judicare vivos et mortuos (Mansi coll. III, 950)”. Sed cum hæc statuta non ad concilium ullum referri possint,

sed a privato aliquo homine collecta videantur¹⁾, cumque nec dogma ipsum, nec hæresis Apollinaristica dissertis verbis nominetur, nihil ex hoc loco probari potest ad illam Ringii conjecturam confirmandam.

In conciliis Ephesi a. 431, Constantinopoli a. 448, Ephesi a. 449 et Chalcedone a. 451 in lite Nestoriana et Eutylichiana habitis, utrimque provocatum est ad symbolum Nicænum, quod ibi confirmatum est una cum Constantinopolitano, quippe quod additamenta nonnulla contra hæreticos necessaria contineret (cfr. l. c. Mansi coll. VI, 632). Igitur neque in his conciliis inculcatus est articulus de descensu ad inferos, neque a quoquam ad naturam humanam in Christo probandam prolatus est, cum contra Cyrillus in scriptis, quæ Mansius collegit tamquam concilium Ephesinum antecedentia, epistola nempe ad monachos Ægypti c. 26 (Mansi coll. IV, 615) et de recta fide libro ad Theodosium imp. c. 21. 22 (Mansi coll. IV, 646-47), ut ante § 17 monuimus, ad unionem naturarum demonstrandam, quippe cum anima, cum Dei verbo conjuncta copulataque, ad inferos descenderit, divinaque virtute ac potentia utens spiritibus quoque ibidem captivis sese exhibuerit, hujus dogmatis mentionem faciat. Nestorius autem contra Cyrillum, et Leo Romanus contra Eutychem, nulla descensus ad inferos mentione facta, ex illis, quæ supra commemoravimus, symboli Nicæno-Constantinopolitani verbis disputant. Si vero verba illa *ἐκ Μαρίας τῆς παρθένου*, quæ antiquitus jam in symbolo Apostolico fuerunt, non solum 50, post Apollinarem damnatum, annis Nestorio, sed etiam 70 post annis papæ Romano sufficere visa sunt ad omnes ad Apollinarismum vergentes hæreses refellendas, neque ulla tum in hac ex symbolo disputatione mentio facta est descensus ad inferos, summo quidem jure concludimus, neque hunc articulum posse ante litem Eutylichianam esse in symbolum Apostolicum ad Apollinaristas opprimendos receptum, neque

1) cfr. Fuchs Bibliothek der Kirchensammlungen 3ter Theil p. 458-59.

per hasce lites occasionem datam esse ejus adversus Apollinarismum recipiendi.

§ 21.

Sed alia præterea exstant gravissima argumenta, quæ luculentissime probent, non posse articulum de descensu Domini ad inferos adversus Apollinaristas in symbolum esse receptum. Ex quibus primo loco commemorabimus, formulas fidei nobis relictas esse ad hoc tempus pertinentes et in synodis exaratas et a privatis editas, in quibus aut anathema dicatur Apollinaristis aut error eorum luculenter refutetur, in quibus autem articulus ille de descensu ad inferos frustra quæretur. Ita symbolum *Toletanum* a. sive 400 sive 444 confectum¹⁾, cujus anathema 5^{tum} ad Apollinaristas pertinet: „si quis dixerit vel crediderit, carnem tantum sine anima a filio Dei fuisse susceptum, anathema sit”, modo habet: „postremo a Judæis crucifixum et sepultum, tertia die resurrexisse &c. (Walch. bibl. symb. p. 147-51)”; ita in symbolo *Pelagii* legimus: „anathematizamus Apollinarem et ejus similes, qui dicunt, dei filium minus aliquid de humana suscepisse natura, et vel in carne, vel in anima, vel in sensu adsumtum hominem, his propter quos assumptus est, fuisse dissimilem, quem absque solo peccati macula, quæ naturalis non est, nobis confitemur conformem” infra vero: „mortuus est ergo dei filius secundum scripturas juxta illud, quod mori poterat, resurrexit tertio die &c.” (Walch. bibl. symb. p. 193-94); ita denique in utroque symbolo *Epiphaniï*, in bibliothecam symbolicam Walchii p. 50-52 ex Ancor. c. 120 et 121 recepto, hic articulus deest, quæ duo symbola, alterum brevius, alterum prolixius, quamvis proxime allatis antiquiora, novissime commemorare voluimus, quoniam, ut in universum vulgo censentur, ita ad nostram quidem sen-

1) cfr. Walch. bibl. symb. p. 152, n. 1. ed. Lemgov. 1770.

tentiam probandam nobis videntur imprimis animadversione digna, quare uberius aliquantulum de iis disserere nobis liceat. Postquam adversus varii generis hæreticos in præcedentibus disputavit auctor, ad fidem ecclesiæ servandam et catechumenis ad baptismum accedentibus instillandam, ita ut non modo animo amplectantur, *ἀλλὰ καὶ διδάσκειν ὁητως ὡς παντων ἢ αὐτῆ μνητῆρ ὑμῶν τε καὶ ἡμῶν το λεγειν*, id quod diserte profitendum sit prolaturus, primum symbolum brevius proponit, de quo dicit: *„Καὶ αὐτῆ μεν ἢ πιςις παρεδοθη ἀπο των ἁγιων Ἀποστολων καὶ ἐν ἐκκλησια τῆ ἁγια πολεῖ, ἀπο παντων ὁμῆ των ἁγιων ἐπισκοπων ὑπερ τριακοσιων δεκα τον ἀριθμον”*. Apparet ex his verbis, et hoc esse symbolum baptismale Cypri saltem adhibitum, et Epiphanium unum idemque judicare duo illa symbola, Apostolicum et Nicænum. Quod si per se perlegimus, neque Nicænum esse neque Apostolicum invenimus, sed continere symbolum Nicænum, adjectis vero magna cum libertate pluribus ex symbolo Apostolico, ita tamen ut aliquid etiam superinditum sit, quod neque in Nicæno neque in Apostolico inveniatur (v. c. hoc: *ὁμολογεμεν ἐν βαπτισμα*); si vero cum symbolo Constantinopolitano comparatur, hoc ad verbum fere exprimere invenitur, adjecto, quamquam non iisdem plane verbis, anathemate symboli Nicæni; neque tamen potest esse symbolum Constantinopolitanum, quod retulit, quippe cum ipse hæc se scribere deinde commemoret 10^{mo} Valentini et Valentis, 6^{to} Gratiani, a Diocletiano tyranno autem 90^{mo} anno, *ο*: a. 373 v. 374.

Igitur varias hypotheses proposuerunt viri docti. Bingham, præeunte Usserio in diatribe de Rom. eccl. symb. Apost. vetere, Genevæ 1722 cum annalibus ejusdem ed. p. 10, respectu etiam habito ad symbolum Cyrilli, antiquitus jam in ecclesia exstitisse putat symbolum longius in usum Baptismi, cujus partem modo priorem Patres Nicæni auctius proponerent, partem vero alteram adderent Constantinopolitani „it is plain, inquit, the Nicene-Creed was only one Part of the

ancient Creed, that was used at full length in Baptism, though not here so recited. (Antiquit. of the Christ. Church, London 1715, Vol. IV, p. 111 cfr. 114.) Walchius vero non putat, veterem esse baptismalem formulam, sed Nicænam formulam in ritu baptismi adhibitam, talibus additamentis, quæ temporum necessitas exigeret, auctam, eandemque exemplum symboli fuisse, quod Constantinopolitani, quum Nicænum ob novas controversias latius extendi vellent, præ aliis secuti sint (l. c. p. 53). Quarum hypothesium utra verior sit, dijudicare nobis non sumentes, hoc tamen cuique apparere putamus, non parva libertate versatos fuisse antiquos in proponendis symbolis, et in addendis et in prætermittendis, id quod magis illucescet, si ea verba legerimus, quibus ad uberiores deinde sequentem symboli expositionem transit Epiphanius. Ἐπειδὴ δὲ, inquit, ἐν ἡμετέροις γενεαῖς ἐνεκνύσαν ἄλλαι τινες αἵρεσεις ἄλλεπαλληλοί.. τῆτε χάριν ὑμεῖς τε καὶ ἡμεῖς καὶ πάντες οἱ ὀρθόδοξοι ἐπισκοποὶ, καὶ συλληβδὴν πᾶσα ἡ ἅγια καθολικὴ ἐκκλησία πρὸς τὰς ἀνακνύσασας αἵρεσεις, ἀκολούθως τῆτων ἁγίων ἐκείνων πατέρων προτεταγμένη πιζει, ἕτως λεγόμεν, μαλιστα τοῖς τῷ ἁγίῳ λυτρῷ προσίειν, ἵνα ἀπαγγέλλωσι καὶ λεγῶσιν ἕτως. Jam vero nullum post Nicænum, quod Orthodoxi saltem agnoscerebant, concilium oecumenicum habitum erat, ut igitur non tam jure suo dicere posset, „totam ecclesiam præcipere” formulam uberiores a se jamjam proferendam, quam ita fere exponi fidem in orthodoxis ubique ecclesiis, neque postea in omnibus partibus a Constantinopolitanis recepta est hæc formula; deinde vero in multis discrepat a formula ante proposita breviori, non ita modo, ut uberior sit, sed ita etiam, ut nonnullos terminos mutet v. c. pro σαρκωθέντα ἐκ πνεύματος ἁγίου καὶ Μαρίας τῆς παρθένου, habeat σαρκωθέντα... ἐκ τῆς ἁγίας Μαρίας τῆς ἀειπαρθένου, δια πνεύματος ἁγίου, pro εἰς ἐν βάπτισμα, εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν habeat εἰς ἐν βάπτισμα μετανοίας, alios vero terminos, ut videtur, absque certa ratione omittat

v. c. in articulo de deo (ποιητην) ἔρανε τε, και γης, in articulo de filio και ταφεντα. Quam ejus in symbolo tractando libertatem neque laudandi, neque exprobrandi causa, neque tamquam insolitum quid commemoro, sed propterea quod in illa argumentum, ut mihi quidem videtur, grave inest ad eorum labefactandam sententiam, qui putant magni momenti fuisse dogma de descensu domini ad inferos in lite Apollinaristica, eaque de causa hunc locum esse in symbolum receptum. In hac enim formula prolixiori non nominantur quidem Apollinaristæ, sed ubi legimus: σαρκωθεντα, τετ' ἐσι γενηθεντα τελειως ἐκ της ἁγιας Μαρίας της ἀειπαρθενς, δια πνευματος ἁγισ, ἐνανθρωπησαντα, τετεσι τελειον ἄνθρωπον λαβοντα, ψυχην, και σωμα, και νεν, και παντα, εἰ τι ἐσιν ἄνθρωπος, χωρις ἁμαρτίας, ἐκ ἀπο σπερματος ἄνδρος, ἐδε ἐν ἄνθρωπῳ, ἀλλ' εἰς ἑαυτον σαρκᾶ ἀναπλασαντα, εἰς μιαν ἁγίαν ἐνοτητα ἔ καθαπερ ἐν προφηταις ἐνεπνευσε τε και ἐλαλησε, και ἐνεργησεν, ἀλλὰ τελειως ἐνανθρωπησαντα· ὁ γαρ λογος σαρξ ἐγενετο, ἔ τροπην ὑποσας, ἐδε μεταβαλων την ἑαυτε θεοτητα εἰς ἄνθρωποτητα· εἰς μιαν συνενωσαντα ἑαυτε ἁγίαν τελειοτητα τε και θεοτητα. εἰς γαρ ἐσιν κυριος I. X. και ἔ δυο, ὁ αὐτος θεος, ὁ αὐτος κυριος, ὁ αὐτος βασιλευς: ubi hæc, inquam, legimus, ea contra Apollinaristas proposita esse facile videmus, et ita quidem, ut singulas propositiones magna cum circumspectione et diligentia conscriptas esse appareat ad gravissimos quosque eorum errores reprobandos. Jam vero non est quod dubitemus, quin is, cujus tanti interfuisse appareat ut hanc hæresin funditus everteret, quique tanta cum libertate symbolum tractaverit, ut plura et mutaverit et detraxerit et adjecerit in symbolo nuper allato, qui in articulo de morte omiserit ταφεντα, in articulis de resurrectione et de sessione ad dextram patris adjecerit ἐν αὐτῳ τῷ σωματι, si articulum de descensu majoris ad hanc hæresin opprimendam momenti esse statuisset, hunc articulum additurus fuisset, cum præsertim ipse, ut ante ostendimus, in-

ter plura argumenta etiam hoc ad errorem illum refutandum usus sit, et aliis locis, id quod infra § 27 alio consilio expone-
mus, hunc articulum ad professionem fidei pertinere, se
existimare ostenderit, et in symboli expositione re vera com-
memoraverit, ut prætermissionem ejus hoc loco ita modo no-
bis explicare possimus, ut statuamus, eum nihil ei ad rem
hic ipsi inprimis propositam, ad Apollinaristas nempe refu-
tandos, conferre visum esse. Atque has quidem Epiphaniï
fidei formulas contemplantibus necesse est palam fiat, non
solum absque autoritate historica, sed etiam contra eorum,
quæ nobis relicta sunt, monumentorum autoritatem Kingium
conjicere, ejus ætatis Orthodoxos tamquam antidotum adver-
sus illum errorem symbolo sive fidei regulæ, quam baptizan-
di sese amplecti faterentur, articulum istum „descendit ad
infernus” inseruisse ¹⁾.

§ 22.

Deinde interrogabimus, si hæreseos Apollinaristicæ refu-
tatio causam præbuisset hujus articuli alicubi inserendi, non-
ne verosimile sit, hoc additamentum Romæ potius factum
fuisse, quæ gloriam sibi vindicet Apollinaristarum damnatio-
nis, quam Aquilegiæ, ubi nihil in hac lite notabile evenisse
sciatur? Neque enim hæc objectio eo infirmatur, quod dicit
Rufinus in Expositione Symboli, § 3: „in ecclesia tamen urbis
Romæ hoc non deprehenditur factum (ut verba aliqua sym-
bolo addita sint), pro eo arbitror, quod neque hæresis ulla
ibi sumsit exordium, et mos ibi servatur antiquus, eos, qui
gratiam baptismi suscepturi sunt, publice, id est fidelium
populo audiente, symbolum reddere et utique adjectionem
unius saltem sermonis eorum, qui præcesserunt in fide, non
admittit auditus,” nam haud minoris certe momenti est, quod
hæresis aliqua alicubi sit insigniter damnata, quam quod ex-
ordium ceperit, deinde, si tale additamentum adversus hære-

1) Cfr. Hist. symb. Ap. c. IV. § 66.

sin aliquam periculosam fieret, populus fidelium libenter certe ferret; quodsi denique præsentia populi in baptismi ritu peragendo insuperabile obstaculum fuisset, quomodo tandem est factum, ut hoc de descensu additamentum etiam in Romanum postea irrepperit symbolum?

§ 23.

Denique si hic articulus revera talem originem polemicam tam definitam habuisset, si præsertim ad symbolum adjectus fuisset tamquam propugnaculum contra hæresin tam celebrem, fieri non potuisse nobis videtur, quin et avide reciperetur ab omnibus et doctoribus et ecclesiis Orthodoxis, et diligenter servaretur, strenue propagaretur, ut mox vulgo receptus conspiceretur. Jam vero alia omnia facta esse reperimus.

Hujus rei testimonia jam § 20, in conciliis Ephesino et Chalcedonensi commemorandis, et § 21, in symbolo Toletano nec non fidei professione Pelagii citandis, attulimus. Dietelmaierus vero in Hist. dogm. de desc. Chr. ad inf. §§ 86 et 90 plura loca patrum ævi senioris, non solum ecclesiæ græcæ, in qua prævalente formula Nicæno-Constantinopolitana, quæ hunc articulum non habet, symboli Apostolici usus fere exolesceret, sed etiam ecclesiæ latinæ, symbolum continentia, pluresque synodos, secc. 7^{mo}, 8^{vo}, 9^{no} habitas, quæ formulas fidei ediderunt, recenset, in quibus hunc articulum frustra quæramus. Cujus in hac quæstione potissimum sequemur enumerationem.

Augustinus, de quo posthæc plura, ubique in libris genuinis, ubi symbolum exponitur, illum articulum non habet; ita etiam Maximus Taurinensis homil. 83, Petrus Chrysologus sexies, Leo Magnus, quem ante notavimus hoc articulo contra Eutychem non usum esse, in symbolo bis recitato, serm. de passione Domini 11^{mo} et de Quadragesima 8^{vo} eum prætermittunt. Unde Dietelmaierus, quamvis hypothesis illi

Kingianæ addictus, p. 103 tamen notat „patere, quod successu demum temporis introductus fuerit hic articulus in symbolum Apostolicum,” Venantium vero Fortunatum, qui mortuus est ineunte sec. 7^{mo}, illum in symbolo habere, et reliquos, qui post hæc tempora vixerint, mentionem hujus articuli facere, tamquam ad symbolum pertinentis. Verum si seculo demum 6^{to} vel 7^{mo} vulgo receptus cernitur hic articulus, causam ejus in symbolum recipiendi, non facile suspicabimur, posse seculo 4^{to} latere, cui opinioni etiam, quæ in actis conciliorum passim invenimus, contradicunt. Ex conciliis Dietelmaierus nominat Lateranense 6^{tum} a. 649, Toletanum 8^{vum} a. 653, Emeritense a. 666, Parisiense 6^{tum} a. 829, addemus Hispalense 2^{dum} a. 619, Foroiuliense a. 791. Attamen silentio non prætermittendum est, testimonium, quod ab horum conciliorum canonibus petatur, eo non parum infirmari, quod in plerisque etiam alii articuli omissi sint: in Lateranensi et Foroiuliensi „mortuus,” in Toletano et Emeritensi „crucifixus,” in Parisiensi „et mortuus et sepultus,” unde pateat, eos non anxie symbolum integrum referre. Maximi vero momenti est ad rem nostram confirmandam, quod in concilio Lateranensi hic articulus omissus sit, cum hoc quidem concilium habitum sit ad hæresin quandam extirpandam, quæ ad errorem Apollinaris, Eutythis et Manichæi, ut in actis proditum est, appropinquaret (Harduin. act. conc. III, 947); quodque, cum in concilio Hispalensi sermo quidem sit de duabus naturis, et plura patrum hæc de re loca in actis collecta inveniantur, neque in fidei formula articulus de descensu receptus sit, neque locus ullus exscriptis patrum, ubi ex descensu probetur humana Christi natura, prolatus reperiat (Harduin. act. conc. III, 562-568). Unde si nihil aliud, illud tamen patet, in ecclesia utique non servatam esse illam sententiam, quæ antiquioribus tributa sit patribus, in hoc articulo gravissimum contineri ad ejusmodi hæreses confutandas argumentum.

Præterea in votis mihi erat, collectionibus liturgicis adjuto, seriem, quantum fieri posset, integram formularum

baptizandi, quales variis temporibus variis in ecclesiis in usu fuissent, vel potius symbolorum in illis asservatorum exhibere, ut certo iudicio statui posset, a quo demum tempore vulgo in ecclesia receptus hic articulus existimandus esset, quare opus Assemanni, quod inscribitur Codex liturgicus ecclesie universae, nec non Martenes de antiquis ecclesie ritibus libros consului. Sed duo obstabant, quo minus hoc propositum persequi mihi contingeret, quod, quamvis in his libris magnum quidem ordinum baptizandi numerum invenirem, tamen neque aetas eorum ea, quam hoc propositum exigeret, certitudine constitui posset, neque in satis multis symbolum integrum descriptum esset, sed modo primis verbis significatum.

Quam mira autem in hoc articulo inconstantia fuerit, ejus rei satis notabile exemplum inveni in ordine baptizandi ex antiquo missali gallicano desumpto, quem uterque recepit Assemannus Lib. 1, c. 1 sect. 3, Martene L. 1, c. 1 art. 12. 1, in quo bis symbolum occurrit, ita tamen, ut primo loco articulum habeat, altero autem omittat, quo illud etiam accedit, quod post symbolum primo loco allatum, quod descendens ad inferos habet, expositio symboli sequitur, in qua caeteri quidem articuli, explicatione adjecta, repetuntur, hic vero silentio praetermittitur.

Hisce unum modo addere mihi liceat, quod animadversione haud indignum videatur, quod Rubeisius in Dissert. de vetustis liturgicis aliisque sacris ritibus, qui vigeant olim in aliquibus Foroiuliensis provinciae ecclesiis, Venet. 1754 c. 11, inter scrutinia vetusta, quae usque in sec. 10^{mum} in usu fuerint, symbolum proferat, in quo articulus de descensu frustra quaeratur.

§ 24.

Ita cum satis evictum esse nobis videatur, non posse argumentis historicis probari, litem Apollinaristicam praecipue

contulisse ad articulum de Domini ad inferos descensu symbolo inserendum, quippe cum neque a conciliis, in quibus damnatus sit Apollinaris, in symbolum receptus sit hic articulus, neque in actis horum conciliorum aliorumque, in quibus Apollinarismus reprobatus sit, doctrinæ de descensu quidquam momenti ad hæresin Apollinaristicam confutandam tributum sit, ita ut ne nominata quidem reperiatur, nec denique ab hoc tempore articulus ille vulgo receptus in symbolum esse inveniatur, quin etiam pluribus post seculis hic illic omissus reperiatur; cum igitur probatum sit, nulla omnino aut prolata esse, aut ex monumentis hucusque obviis proferri posse argumenta historica, quibus ostenderetur, huius articuli in symbolum receptionem ad litem Apollinaristicam esse referendam, nunc argumenta historica proferemus, quibus ostendatur, hunc articulum non minus ante periodum Apollinaristicam, quam proximis post hanc seculis fuisse passim in symbolo receptum, nec non, his absolutis, paucis addere audebimus, quid imprimis eo contulisse nos quidem conjiciamus, ut qui articulus ante passim modo in symbolo exstitisset, sensim vulgo reciperetur.

Ad hoc nostrum propositum testimoniis utemur, et ex actis conciliorum et e scriptis Patrum petitis.

§ 25.

Constat igitur, quod neque Kingium fugit, hunc articulum de Christi ad inferos descensu in formulis fidei, quas concilia quædam litem Apollinaristicam ætate præcedentia ediderint, dissertis verbis legi. Constantio enim imperatori cum ad motus tunc temporis in ecclesia ex dissidiis imprimis Arianorum rigidiorum et Semiarianorum ortos componendos optimum visum esset concilium generale convocare, sed machinationibus Arianorum Ursacii et Valentis, quo vires adversariorum dividerentur, res eo perducta esset, ut duo concilia convocarentur, alterum episcoporum orientalium Seleuciæ,

alterum occidentalium Arimini, antequam episcopi congregati sunt, principes Arianorum et Semiarianorum Sirmium con-
 venerunt, ubi tum degebat imperator, ibique, præsentem impera-
 torem re tractata, formulam composuerunt, quam coram episco-
 pis, Arimini et Seleuciæ mox congregandis, prælegerent,
 publica autoritate confirmandam. In hac fidei formula, quæ
 Sirmiensis tertia vocatur, articulus de descensu his verbis
 legitur expressus: *ξανρωθεντα και ἀποθανοντα, και εἰς
 τα καταχθονια κατελθοντα, και τα ἐκεισε οἰκονομησαντα,
 ὃν πύλωροι ἄδε ἰδοντες ἐφοριζαν* (Walch. bibl. symb.
 p. 139). Utrumque autem concilium hanc formulam respuit.
 Ariminenses quamquam in ea nihil invenirent Orthodoxæ fidei
 palam adversans, tamen ob novitatem suspectam eam habentes
 decreverunt, unice tenendum esse symbolum Nicænum,
 Seleucini vero aliam formulam ab Acasio propositam proba-
 verunt (Walch. bibl. symb. p. 144-45), et ab utroque con-
 cilio legati missi sunt, qui decreta episcoporum ad imperato-
 rem deferrent, peterentque ut domum redire illis liceret.
 Attamen legati Ariminenses cum diu frustra exspectassent,
 ut ab imperatore, qui partibus favebat adversariorum, admit-
 terentur, partim tædio moræ, partim cohortationibus Ursacii et
 Valentis commoti, Nicææ s. Nices, urbe Thraciæ, formulæ fidei
 subscripserunt iisdem fere verbis ac illa Sirmiensis expressæ
 (Walch. bibl. symb. p. 142-43). Quo facto Ursacius et Va-
 lens Ariminum profecti partim dolo partim vi et minis effece-
 runt, ut plerique episcoporum, ibi adhuc commorantium,
 eandem reciperent. Eodem modo legati Seleucini, qui Con-
 stantinopolim venerant, auctoritate præsertim imperatoris ad
 hanc formulam amplectendam perducti sunt. Quibus a. 359
 perpetratis, anno sequenti concilium Constantinopoli habitum
 est, in quo nova demum formula, Nicensi illi fere consentanea,
 edita est (Walch. bibl. symb. p. 146-47). In his tribus
 formulis, quibus sperabat imperator, fore ut, ommissa omni *της
 ἑσίας τῆς χριστε* mentione, pax ecclesiæ restitueretur, Sirmiensi
 tertia, Nicensi et Constantinopolitana, articulus de descensu

ad inferos legitur. Quæ huc pertinent verba ex symbolo Sirmiensi jam citavimus; in Nicensi hæc legimus: ἀποθανοντα και ταφεντα και εις τα καταχθονια κατελθοντα· ὃν αὐτος ὁ ἄδης ἐτρομασε, in Constantinopolitano hæc occurrunt: ζωνρωθεντα και ἀποθανοντα και ταφεντα και εις τα καταχθονια κατεληλυθοτα· ὃν τινα και αὐτος ὁ ἄδης ἐπηξεν.

Sed cum hæc concilia sub auspiciis Arianorum habita sint, cumque symbola hæc non nisi coacti et ad tempus amplecterentur Orthodoxi, non per se auctoritas illis tribui potest ad dijudicandum, quo tempore hic articulus in symbolum ecclesiæ Orthodoxæ fuerit receptus; qui si in symbolis ecclesiæ ab hoc tempore nobis relictis omissus est, jure quaeritur, quid Arianos potissimum commovere potuerit, ut hunc articulum ab Orthodoxis prætermissum in symbola sua reciperent. De hac re acta silent; ergo res conjectura dijudicanda est. Neque prætermisit Kingius talem proponere. Censet igitur, Arianos, qui in concilio Ariminensi nihil prætermitterent, ut fucum facerent Orthodoxis iisque persuaderent, se veram fidem Catholicam amplecti, neque ulla alia quam pacis conservandæ causa omittere vocabuli *ἑστιας* usum, ideo hunc articulum addidisse, ut præ se ferrent, etiam hunc se repudiare Arianorum errorem, quod docerent, si non omnes, tamen nonnulli Arianorum, Christum non habuisse animam humanam; hac re autem duo subdole consequi voluisse, primum, ut animum omnino ab Arianismo aversum simulerent, alterum, ut Apollinarem, tunc temporis doctrinam suam jam circumferentem, in odium adducerent et novi inter Orthodoxos belli intestini materiam offerrent, quin etiam in suspicionem adducto propugnatore acerrimo fidei Orthodoxæ ipsam fidem suspectam facerent¹⁾. Hanc vero conjecturam veritate omnino destitutam esse, facile apparebit.

1) Hist. symb. Apost. Cap. IV § 70.

§ 26.

Pendet rei dijudicatio a duabus quæstionibus, altera, num re vera Ariani hunc errorem foverint vel quanti in litibus Arianis momenti fuerit hic error, altera, num hoc jam tempore innotuerit hæresis Apollinaris, quarum de utraque quæstione, etsi certam omnino sententiam proferre difficillimum est, tamen quod hic sufficiat, non poterit deesse.

Ad priorem igitur quæstionem quod attinet, num statuerint Ariani, Christum non habuisse animam humanam, Neander affirmat, hanc fuisse Arii sententiam¹⁾, nec non ad opinionem ante allatam Walchii accedit, decretum illud synodi Alexandrinæ a. 362, quo illi damnarentur, qui dicerent Christum assumpsisse *σωμα ἀψυχον και ἀνοητον*, ad Arianos pertinere²⁾; Walchius vero rem in medio relinquit, vel saltem de Eunomianis modo aliisque recentioribus Arianis certe statui posse censet³⁾. Si antiquorum testimonia consulimus, apud Mariam Mercatorem, T. II, p. 299 ed. Garnerii, observatum invenimus, commentum illud non fuisse ab Ario ipso inventum, sed ab Arianis, ut se facilius quæstionibus expedirent, quæ temporibus Arii nondum moverentur; Ario tamen tributum esse partim ob consuetudinem onerandi magistros discipulorum invidia, partim quia ex Arii principis confectum visum sit, aut iis admodum congruum. Athanasius quidem, adversus Apollinaristas disputans, hunc errorem ipsi Ario imputat, nam in libro *de salut. adv. c. 3*: *Ἄριος δε σαρχα μονον*, inquit, *προς ἀποζουρηγην της θεοτητος ὁμολογει ἀντι δε τς ἐσωθεν εν ἡμιν ἀνθρωπε, τετεσι της ψυχης, τον λογον εν τη σαρχι λεγει γεγονειαι, την τς παθες νοησιν, και την ἐξ ἄδε ἀναξασιν τη θεοτητι προσαγειν πολμων.* Quæ vero verba utrum potius habenda sint documentum odii auctoris in nomen Arii, an historicum

1) Allgem. Gesch. der Chr. Rel. II, p. 776.

2) ibid. p. 922.

3) Entw. u. vollst. Gesch. d. Rez. II, p. 593. 619.

dogmatum eius testimonium, eo magis dubitari potest, quod in scriptis eius adversus Arianos ipsos hoc crimen non prolatum deprehenditur, ne in epistola quidem ad Adelphium, quæ eodem fere, ac illi contra Apollinarem libri, tempore conscripta est. Cum Mario Mercatore autem consentire videtur Gregorius Nazianzenus, qui hunc errorem non Ario ipsi sed asseclis ejus imputat, nam in Ep. ad Cled. 1, ubi Apollinarem cum Arianis comparat, diserte dicit, quamvis modo obiter: *εἰ μὲν γὰρ ἀψυχὸς ὁ ἀνθρώπος, τὸ καὶ Ἀρειανοὶ λέγουσιν, ἰν' ἐπὶ τὴν θεότητα το παθὸς ἐνεγκωσιν.* Ita etiam Gregorius Nyssenus in Antirrh. duobus locis comparationem instituens inter Apollinarem et Arium nihil hujusmodi commemorat; cap. 24 enim non Arium docet fovisse sententiam Apollinaris, sed Apollinarem in errorem Arii incidere: *ἢ γὰρ ἐκ ἑμολογήσει μιαν ἐπὶ πατρὸς τε καὶ υἱὲ τὴν θεότητα, καὶ συνηγορὸς Ἀρειῶν δια τὸ ἀναφαινησεται ἢ εἶπερ Ἀρειῶ μαχομενὸς μιαν λέγοι, ἔδε ἑαυτῷ παντὸς συνθησεται:* et cap. 26, tolerabiliorem etiam Arii quam Apollinaris esse errorem ostendens, *ἀμφοτεροὶ μὲν γὰρ, inquit, πρὸς τὸ ταπεινότερον τὴν ἀκρίατον τε μονογενὲς φύσιν καθέλκεσιν ἄλλ' ὁ μὲν Ἀρειὸς τῆ ἀσωματῶ των ἀγγέλων φύσει προσοικεῖοι τὸν των ἀγγέλων δεσποτὴν, κατὰ τὸ ἴσον ἡλαττεσθαι τῆς τε ἀκρίατε φύσεως, καὶ τὸν κἄκεινὲς δια κτισεὸς εἶναι, ἀποσηναμενὸς ἕτος δε τοσούτον ἐπιτείνει τὴν ἀτοπίαν, ὡς καὶ ἀνθρώπων τῷ παρ' ἀγγέλους ἡλαττεμενῷ κρινεῖν ὁμοτιμον, καὶ σαρκώδη εἶναι τὴν φύσιν αὐτεδιοριζεσθαι, quoniam per consequentiam ei imputat, cum Divinitatem statuere carneam esse; de Divinitate autem animæ in Christo partes obeunte, tamquam communi utrique errore, sermo non est. Contra ea, adversus Eunomium disputans, ita loquitur: *ἀλλ' ἐκεῖνο χρη προσθῆναι τοῖς εἰρημενοῖς, ὅπερ κρηπιδα τινὰ ποιεσται τῆς ἀσεβείας ἐν τῷ περὶ τῆς οἰκονομίας λόγῳ· ἐκ ὅλον ἀνθρώπον περὶ αὐτὲ σεσωσθαι διοριζομενοὶ, ἀλλὰ τὸ τε ἀνθρώπος ἡμιτομον· τὸ σῶμα λέγω... τὰς χάριν φησὶ, τὸν**

ἐπὶ ἑσχατων των ἡμερων γενομενον ἀνθρωπον, ἐκ ανα-
 λαβοντα τον ἐκ ψυχης και σωματος ἀνθρωπον (Contra
 Eunom. Tom. II, p. 481-482). Quare dubitari certe nequit,
 Eunomium et Arianos in universum seriores hanc fovisse
 sententiam ¹⁾. Sed si hoc vel maxime evincitur, nihil inde
 ad conjecturam Kingii fulciendam argumenti redundat, nisi
 monstrari quoque possit, hunc errorem inter præcipuas fuisse
 criminationes, quæ contra eos ab Orthodoxis proferrentur,
 ut eius a se suspicionem avertere imprimis eorum interfuisse
 putaretur. Hoc vero non ita fuisse, partim jam ex tota hi-
 storia litis Arianæ patet, partim certo antiquitatis testimonio
 probari potest; nam Augustinus, cum hæresin Arianorum de-
 scribit, hoc dissertis verbis refert; „in eo autem, inquit,
 quod Christum sine anima solam carnem suscepisse arbitran-
 tur, minus noli sunt; nec adversus eos ab aliquo inveni de
 hac re aliquando fuisse certatum; sed hoc verum esse, et
 Epiphanius non tacuit, et ego ex eorum quibusdam scriptis
 et colloctionibus certissime comperi (de hæres. 49)”. At-
 que hoc effatum Augustini, quod illa Apollinaris de anima
 Christi doctrina non sit a quequam Arianis vitio data, quam-
 quam non omnino ad verbum urgendum est, ut ex præce-
 dentibus patet, tamen, quantum ad rem nostram sufficit, con-
 firmatur verbis a nobis ante p. 92-93, ex actis concilii 2^{di} Ro-
 mani citatis, quibus hæresis Apollinaria cum Arianis quidem
 comparatur, ita tamen, ut appareat, nemini episcoporum con-
 gregatorum in mentem venisse, commentam Apollinaristarum
 idem esse ac Arianorum. Verba huc pertinentia, quæ igitur
 hic denuo excitare liceat, hæc sunt: „Heu quanta erit Aria-
 norum in tali sensu vicinitas! Illi imperfectam divinitatem
 in Dei filio dicunt, isti (Apollinaristæ) imperfectam humani-
 tatem in hominis filio mentiuntur.” Hæc verba scripta sunt
 c. a. 372; quodsi vulgo notum fuisset, Arianos non minus

1) cfr. hac de re *Klose, Geschichte und Lehre des Eunomius*. Kilon.
 1833. p. 57.

ae Apollinaristas putasse, Christum animæ humanæ fuisse expertem, vel hæc res alicujus, qualiscunque demum momenti in rixis Arianis fuisset, aliter certe episcopi congregati affinitatem, quæ ipsis videretur inter utramque hanc sectam interesse expressissent. Sed si hic in doctrina de anima Christi error non gravioris momenti fuit in litibus Arianis, nulla exstat causa conjiciendi, Arianos, ut celarent Arianismum, verba intulisse symbolis suis, quæ erroris a se suspicionem averterent, cujus non vulgo accusati essent.

Quod ad *alteram* questionem attinet, num hoc jam tempore innotuerit hæresis Apollinaris, antea jam monuimus, Walchium et Neandrum existimare, concilium Alexandrinum a. 362 habitum non pertinere ad litem Apollinaristicam, quin etiam Walchio probatum esse, Athanasium in scriptis suis non contendere cum Apollinari ejusdemque asseclis, sed unice cum Arianis, errorem vero Apollinaris hac in re omnino ignorasse, ita ut hæc hæresis inter a. demum 373 et 377 innotuisse putanda sit ¹⁾, quæ sententia ejus si cui minus probabitur, ut velit Apollinarismum antiquioris originis esse, tamen nullum ejus vestigium ante illum annum 362 indigitari poterit. Sed si non ante annum 362 innotuit hæresis Apollinaris, quo tandem jure asseverare quis potest, Arianos jam a. 359, articulo de descensu Christi in symbolum recipiendo, hanc hæresin taxare voluisse? Neque fingere nobis possumus, aliter ad hoc statuendum pervenisse auctorem, quam necessitate coactum ut hoc modo qualicumque aliquam veritatis speciem servaret conjecturæ illi de relatione inter articulum nostrum et litem Apollinaristicam, cum fingeret, illud additamentum, quamvis re vera secundum opinionem ipsius ab Arianis contra Arianos, sive errorem quendam Arianorum, factum, tamen non omnino fuisse a lite Apollinaristica alienum.

1) Entw. e. vollst. Hist. der Konz. III p. 129. 204-5.

§ 27.

Quæ cum ita sint, cum ad hanc sententiam Kingii accedere non possimus, neque Arianos, quorum sub auspiciis illæ fidei formulæ editæ sint, tali ratione polemica ductos hunc articulum addidisse persuadeatur nobis, quærendum est, nisi omnino fortuito id accidisse statuere malumus, num quid in ipsa doctrina Arianorum insit, quod eos commovere poterit, ut dogmati de descensu Christi ad inferos præcipuam vim tribuerent. Neque id frustra quæretur. Arianis enim, præsertim severioribus illis, Eunomianis, qui in his conciliis victoriam reportabant, non poterat non quodeunque dogma acceptissimum esse, quod Christum, quem divinæ naturæ plenissime participem fuisse contenderent Orthodoxi, sortem humanam omnino participasse probaret. Jam vero ad hoc probandum illud apprime aptum videri poterat, quod illi idem accidisset ac cæteris omnibus mortalibus, ut mortuus esset, neque modo speciem aliquam mortis, sed veram mortem subiisset, ita ut, corpore in sepulchro condito, anima mortui, secundum sortem hominum vulgarem, ad inferna abiisset ¹⁾. Neque hanc nostram sententiam sola conjectura niti existimamus, sed exstant in actis conciliorum, quæ aperte monstrent, Arianos ad diminuendam deitatem Christi, naturæque ejus a patre diversitatem probandam, vim præcipuam tribuisse morti ejus, Orthodoxos vero argumentum inde petitum, tamquam doctrinæ suæ periculosum, declinare studuisse. In actis enim concilii Aquileienseis a. 381 habiti, colloquium literis mandatum invenitur inter episcopos quosdam Catholicos et duos Arianos, Palladium et Secundianum, institutum, in quo inter alia ita loquentes inducuntur: „Palladius dixit: Christus mortuus est, an non? Ambrosius episcopus dixit: secundum carnem; anima nostra non moritur, scriptum est

1) Huc referri fortasse potest, quod ab Orthodoxis supra vidimus contra Arianos disputantibus descensum ad inferos imprimis esse propositum tamquam argumentum pro divinitate Christi.

enim: nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere. Cum igitur anima nostra mori non possit, putas, quod Christus secundum divinitatem mortuus sit? Palladius dixit: mortis appellationem quare tu horres? Ambrosius episcopus dixit: immo non horreo, sed confiteor secundum carnem meam. Est enim, per quam a mortis vinculis sum revinctus. Palladius dixit: mortem separatio facit spiritus. Nam Christus, filius Dei, carnem suscepit, et per carnem mortuus est (Mansi coll. III, 606)". Et in epistola synodica ad Imperatores hac de re ita scripsisse episcopos Catholicos legimus: „mortem denique ejus (Christi) non ad sacramentum salutis nostræ, sed ad infirmitatem quandam divinitatis ejus referrent (Mansi coll. III, 617).” Quodsi igitur subdole hic, ut vult Kingius, in hoc articulo symbolo inserendo egisse putandi sint Ariani, dolus eorum, si historicas rationes consulimus, in hoc potius quærendus esse videtur, quod, cum, sub specie pacis ecclesiæ restituendæ et materiæ dissidiarum removendæ, ex symbolo ejecissent vocabula, *την ἑστίαν* domini determinantia, novum articulum symbolo adderent, dogma continentem, cui non contradiceret ecclesia Orthodoxa, sed quo assumpto, ex eorum commentis, flueret, Christum non posse re vera existimari *ὁμοεστίον τῷ πατρὶ* 1).

Sed quicumque tandem dolus hic latuisse existimandus est, hæc tota res apprime facit ad sententiam nostram ante propositam confirmandam, articulum de descensu Christi ad inferos non minus ante periodum Apollinaristicam, quam

1) Hujusmodi aliquid suspicor Münschero l. c. Handbuch d. Dogmengesch. IV, 412 ante oculos observatum esse, cum dicat: Es scheint daher wahrscheinlicher, daß die Arianer diesen Zusatz aufgenommen haben, um daraus Folgerungen gegen die Katholischen herzuleiten, und daß die letzten ihnen in der Aufnahme nachgefolgt sind, um zu zeigen, daß sie vor diesen Folgerungen sich nicht fürchteten. Quænam vero illæ consequentiæ fuisse existimandæ sint, non attigit.

proximis post hanc sæculis, passim fuisse in symbolum receptum. Si enim hoc additamentum omnino novum fuisset, certe non potuisset non movere suspicionem Orthodoxorum, et si hoc additamento artificiose quid consequi voluissent Ariani, id quod Orthodoxorum sagacitatem haud facile fugere potuisset, hi cum illa concilia et quæ in illis artificiose et violenter acta essent, commemorarent, istud certe non tacuissent. Jam vero Athanasius, sagacissimus ille hæresium investigator idemque Arianorum imprimis indefessus adversarius, proprium huic rei dicavit libellum de synodis. In hoc libro, postquam proposuit historiam concilii Ariminensis ejusdemque ad synodum Sirmiensem tertiam, Nicensem et Constantinopolitanam relationem, capp. 22-23 undecim commemorat fidei formulas Arianorum, ab anno 341 ad annum 361 editas, quas omnes, una modo excepta undecima, verbotenus affert, quarum 1^{ma} (Antiochiæ a. 341 composita), 2^{da} (ibidem eodem anno), 3^{tia} (ibidem eodem anno), 4^{ta} (ibidem eodem anno), 5^{ta} (ibidem a. 344 vel 345), 6^{ta} (Sirmii a. 351), 7^{ma} (ibidem a. 357) articulum de descensu non habent, 1^{ma} autem *πεπονηθῆναι καὶ ἐγγηγεῖσθαι*, 2^{da} *τον παθοντα ὑπερ ἡμῶν καὶ ἀνασαντα τῆ τρίτῃ ἡμέρᾳ*, 3^{tia} *παθοντα καὶ ἀνασαντα ἀπο των νεκρων*, 4^{ta} *τον ζαυρωθεντα καὶ ἀποθανοντα καὶ ἀνασαντα ἐκ νεκρων τῆ τρίτῃ ἡμέρᾳ*, 5^{ta} *idem*, 6^{ta} *idem*, 7^{ma} *ἀνθρωπον ἀνελαβεν ὁ Χριστος ἀπο Μαρίας τῆς παρθενῆς, δι' ἐ πεπονηθε; contra ea 8^{va} (Sirmii 359), quam ante monuimus, eo consilio elaboratam esse, ut episcopis Arimini et Seleuciæ jamjam congregandis persuaderetur, articulum habet iis verbis, quæ p. 112 attulimus expressum, 9^{ma} autem (Seleuciæ in Isauria a. 359 composita, ubi Semiariani prævalebant) prætermittit, his verbis modo receptis: *παθοντα ὑπερ των ἁμαρτιων ἡμῶν καὶ ἀνασαντα*, 10^{ma} rursus (Constantinopoli 360 edita) habet, ejus verba huc pertinentia p. 113 citavimus. Capite 32 hanc Arianorum inconstantiam, qua non, ut Catholici, una fidei formula, antiquitate et totius ecclesiæ consensu stabilita, contenti, novas semper*

componerent formulas inter se diversas, quasi nunc primum fides constituenda esset, in universum graviter vituperat et ludibrio habet, tamen non respiciens nisi ad articulum de divinitate filii, ne uno quidem verbo articulum de descensu ad inferos commemorat, neque novitate hujus articuli offenditur, neque inconstantiam adversariorum in hoc articulo nunc omittendo nunc recipiendo notat; ejusmodi autem silentium eum servaturum fuisse, nobis fingere non possumus, si hujus articuli in symbolum receptio aliquid omnino novi fuisset, in aliisque symbolis publicis ipsi notis locus ei non datus fuisset, vel si in ejus adjectione dolum aliquem latere suspicatus fuisset. Neque veri denique simile est, si Ariani in hoc articulo recipiendo primi et quidem soli antecessissent, Catholicos, nulla polemica accedente causa, quam in lite saltem Apollinaristica non accessisse ostendimus, in hac re illorum exemplum sibi imitandum sumsisse, quin potius, ne quidquam sibi eum istis commune videretur, hac ipsa de causa, ne imitatores hæreticorum arguerentur, istinc abstinuissent. Si vero ipsi Ariani non solum, ut nos conjecturæ causa proposuimus, hoc articulo recipiendo Catholicos clam circumvenire studuissent, sed etiam, ut suspicatur Münscherus l. c. consequentias fidei Catholicæ periculosas exinde se efficere, palam præ se tulissent, multo minus ad hæc taciturnus fuisse existimandus est Athanasius in libro de synodis.

§ 28.

His igitur præmissis jure nostro concludere nobis videtur, hunc articulum ne tum quidem primum symbolo insertum esse, sed ante iam passim, quamvis non vulgo, in symbolis publicis existitisse, quemadmodum diu etiam posthæc, ut ante ostendimus, non possit per universam ecclesiam receptus esse dici.

Scio ego quidem, id vulgo negari, existimari autem nusquam antea in symbolo ullo baptismali inveniri articulum

nostrum, quam in symbolo Aquileiensi a Rufino exposito. Sed videntur mihi hac in re viri docti, neglectis, quæ aliunde se offerrent, testimoniis, nimium auctoritatis tribuisse Rufino, scriptori alias fidei in rebus tradendis haud satis magni æstimandæ ¹⁾. Observat ille quidem, hunc articulum in ecclesiæ Romanæ symbolo non haberi additum, neque in Orientis ecclesiis haberi hunc sermonem; sed si vel maxima fides habenda est verbis ejus; hæc non prohibent, quo minus ille articulus, quamvis non in ecclesiarum Orientalium, neque in ecclesiæ Romanæ, tamen in aliarum quarundam ecclesiarum Occidentalium inveniri potuerit symbolis; deinde si inventus fuerit hic articulus sive in symbolo quodam, sive in expositione quadam symboli hoc ejus libello antiquiori, fides ejus hac in re omnino labefactetur, necesse erit.

Jam vero hic primum occurrit monumentum illud antiquissimum, quod servavit nobis *Eusebius in Hist. eccl. Lib. I, c. 13*, ex tabulario Edessenorum depromptum, syriaco idiomate scriptum, ab ipso græce expressum, in quo præter literas illas notissimas Abgari toparchæ et Jesu Domini brevis invenitur narratio eorum, quæ post ascensionem Domini Thaddæus apostolus Edessæ egerit, et hic apostolus ita eoram Abgario loquens inducitur: Ἀρχιον δε ἐκκλησιασον μοι τις πολιτας σε παντας, και ἐπ' αὐτων κηρυξω τον λογον τε θεου, και σπερῶ ἐν αὐτοις τον λογον της ζωης, περι τε της ελευσεως τε Ἰησου, καθως ἐγενετο, και περι της αποστολης αὐτου, και ἐνεκα τινος ἀπεξαλη ὑπο τε πατρος,

1) Cave in Hist. lit. Script. eccl. de fide ejus in rebus tradendis hæc habet: „In historia isthac (ecclesiastica) concinnanda, temporisque ratione digerenda credulum admodum fuisse Rufinum constat, in fabulas et incertos plebeculæ rumores nimis propensum. . . Unde Socrates cum ad ejus fidem primu et secundum Historiæ Eccl. libros formasset; meliores postea nactus autores, libros illos ex integro ordiri necesse habuit, quemadmodum ipse nos docet.”

και περι της δυναμεως των ἔργων αὐτῶ, και μυσηριων, ὧν ἐλάλησεν ἐν τῷ κοσμῷ, και ποια δυναμει ταυτα ἐποιε· και περι της καινης αὐτῶ κηρυξεως, και περι της σμικροτητος και εὐτελειας και περι της ταπεινωσεως τε φαινομενε ἐξῶθεν ἀνθρωπε. και πως ἐταπεινωσεν ἑαυτον και ἀπεθανε, και ἐσμικρυνεν αὐτε την θεοτητα ὅσα τ' ὑπο Ἰεδαίων ἐπαθεν, και πως ἐσαυρωδη, και κατεβη εἰς τον ἄδην, και διεσχισε φραγμα τον ἐξ αἰωνος μη σχισθεντα, και ἀνεση, και συνηγειρε νεκρους της ἀπ' αἰωνων κεκοιμημενες, και πως κατεβη μονος, ἀνεβη δε μετα πολλε ὄχλε προς τον πατερα αὐτῶ και πως καθηται ἐν δεξια τε θεε και πατρος μετα δοξης ἐν τοις ἔρανοις, και πως ἐλευσεσθαι μελλει παλιν μετα δοξης και δυναμεως κριναι ζωντας και νεκρους.

Audio quidem hic aliquem dicentem, fictas esse illas literas illamque de actis Thaddæi inter Edessenos narrationem, neque pro earum authentia equidem decertabo, quamquam contra dubia, quæ circa hanc rem moverunt docti viri, aliqua certo proferri possint, uti etiam Caveus in Hist. lit. eccl. protulit: hoc modo afferam, quod inter omnes convenit, non ita fidem Eusebii hæc in re suspectam esse, quasi ipse hæc finxerit, sed vulgo admitti, revera hæc eum in tabulario Edessenorum invenisse et genuina existimasse, unde sequitur, ut nullo modo possint recentius esse confecta, quam exeunte sec. tertio, vel ineunte sec. 4^{to}, sed verosimilius sit, ea non parum esse antiquiora. Si igitur vel maxime conceditur, spuria esse illa Thaddæi apostoli acta et ad ecclesiam Edessenam origine apostolica vel potius dominica amplificandam confecta, hoc tamen manet contradictioni haud obnoxium, quod, quisquis ea confecit, et quando confecit, ille tamen, diu ante articulum de descensu ad inferos in concilio illo Sirmiensi ab Arianis in symbolo exhibitum, quum brevem eorum, quæ de Christo prædicanda essent, expositionem

conscribere vellet (neque aliud quidquam est symbolum), descensum quoque Domini ad inferos illuc pertinere censuerit, et ita quidem, ut non idem sit cum sepultura ejus, sed ut significet realem animæ ad diversorium mortuorum abitum, ad opus salutiferam ibi quoque peragendum; neque præcipiti animo agere nobis videtur, quando inde conjicimus, hunc igitur articulum in symbolo Apostolico, prouti in ecclesia Edessena, cujus in gremio hoc monumentum servabatur et confectum esse existimandum est, tradebatur, antiquitus locum obtinuisse.

Deinde in expositione illa *Cyrilli Hierosolymitani*, quæ sub nomine *Catechesium* nobis asservata est, prouti jam ad refellendam vulgarem de hujus articuli in symbolum receptione sententiam monuit inter nostrates Lindbergius¹⁾, descensus Christi ad inferos et in prævia expositione symboli breviori, catech. 4^{ta}, et in uberiori ejus explicatione catech. 14^{ta}, commemoratur, et ita, ut nos quidem statuere cogamur, hunc articulum in illo, quod exponebat, symbolo ecclesiæ Hierosolymitanæ existisse. Quod ut illustremus, primum liceat ex catech. 4^{ta} cap. 11 excitare, totum videlicet illum articulum, qui inscribitur „περι της ταφης”: *Ἐν μνηματι πετρας ἐτεθη ἀληθως ὡς ἄνθρωπος· ἀλλὰ πετραὶ διεῖρα- γησαν τῷ φόβῳ δι' αὐτόν. Κατήλθεν εἰς τὰ καταχθονία, ἵνα κἀκεῖθεν λυτρωσῆται τὰς δικαίας· ἐβέβη γὰρ, εἶπε μοι, τὰς μὲν ζώντας ἀπολαύσαι τῆς χάριτος, καὶ τὰ τῶν πλείων ἐκ ὄσιων ὄντων, τὰς δὲ ἀπὸ Ἄδαμ πολυ- χρονίως ἀποκεκλεισμένους μὴ τυχεῖν τῆς ἐλευθερίας λοι- πόν;* *Ἡσυχίας ὁ προφητὴς τοσαῦτα περὶ αὐτῆς μεγαλοφω- νως ἐκηρύξεν· ἐκ ἠθέλης ἵνα βασιλεὺς κατελθὼν λυτρωσῆ- ται τὸν κηρὺκα;* *Δαβὶδ ἦν ἐκεῖ καὶ Σαμεὴλ καὶ πάντες οἱ προφῆται καὶ αὐτὸς Ἰωάννης, ὁ λεγὼν διὰ τῶν ἀποστα- λέντων· σὺ εἶ ὁ ἐρχόμενος, ἢ ἕτερον προσδοκῶμεν; ἐκ*

1) Historiske Oplysninger om den danske Kirkes symboliske Bøger, p. 69 seqq.

ἠθέλεις, ἵνα καταβας λυτρωσῆται τες τοιαυτες;” Jam vero quærimus, utrum uberius sit expositum, sepultura an descensus ad inferos; neque id parvi momenti esse existimamus ad rem nostram dijudicandam, quod in priori catechesium parte vix ullum articulum pluribus exposuerit. Si vero verba, quæ deinde sequuntur, initio articuli, qui inscribitur „περι της ἀναστασεως” legimus: ἀλλ’ ὁ καταβας εἰς τα καταχθονια, παλιν ἀνῆλθε, και ὁ ταφεις Ἰησους παλιν ἀνεση το τριημερον ἀληθως, quæ luculenter respiciunt ad duo membra articuli præcedentis: *Εν μνηματι πετρος ἐτεθη, et κατηλθεν εἰς τα καταχθονια*, quæ sub uno titulo *περι της ταφης* comprehenduntur, sane non intelligo, quo quis jure contendere sustineat, Cyrillum in symbolo suo *ταφεντα* legisse, non item *κατελθοντα* sive *καταβαντα εἰς τα καταχθονια*.

Deinde si inspicimus uberiolem expositionem symboli, etiam hic autorem eandem rem tractantem reperimus, quamvis non sub titulo sepulturæ, sed in loco de resurrectione, in catechesi nimirum 14^{ta}. Etenim postquam catech. 13 copiose tractavit crucifixionem, paucis modo c. 35 de sepultura, quæ tamen in titulo: „εἰς το· ξαυρωθεντα και ταφεντα,” nominatur, et de sepulchri ratione insertis; autor catechesi 14^{ta}, quæ inscribitur „εἰς το· και ἀνασαντα ἐκ νεκρων τη τριτη ἡμερα και ἀνελθοντα εἰς τες ἔρανες, και καθισαντα ἐκ δεξιων τε πατρος,” ut argumentum secundum Touttaëm proponam, primo ad lætitiã de Christi mortui resurrectione capiendam aduertatus, omnes eius circumstantias ex scripturis sibi probandas proponit. Post alialis aliquot de sepultura testimoniis ¹⁾, multa de resurrectione congerit, quæ et tempus et locum eius declarant. Locum quidem, qui et hortus et spelunca fuerit, et a prophetis etiam martyrii nomine illi postmodum proprio appellatus sit, tempus vero, quod et matulinum fuit, et verna anni tempe-

1) Igitur hic iterum ad sepulturam, quam leviter modo tractaverat in præcedenti, revertitur c. 2. 3.

state, qua etiam creatus est mundus. Tum de mulieribus, ac nominatim de Maria Magdalena, aromata ad unguendum ferentibus, ac redivivum sollicite requirentibus tractat, quarum fidei robur cum stolido Judæorum, resurrectionem Christi occultare tentantium, consilio comparat, Judæis deinde ex domesticis testibus resurrectionis veritatem probat, et ex eorum scripturis maximeque ex Jonæ exemplo, possibilem nec difficilem Deo fuisse convincit, *eaque occasione Christi ad inferos descensum, et beneficium omnibus sanctis ibi deventis præstitum commemorat.* Manichæis tandem resurrectionem opinione tantum constare asserentibus, eius veritatem ex novo testamento et coacervatis omnium generum testimoniis, præsertimque conspicuis Hierosolymæ eius monumentis, evincit. Hinc ad articulum de ascensione transgreditur, quem cum die superiori, qui Dominicus erat, in synaxi explicasset, satis habuit, nonnulla auditoribus in memoriam revocare loca et exempla scripturæ, quibus eam adseverat. Pauca quoque de filii ad dexteram Patris sessione propter temporis angustias subjungit, hanc ex diversis scripturis adstruens, illudque in primis ingeminatur, non in tempore post ascensionem datam esse Christo hanc sessionis prærogativam, sed ei ab omni æternitate convenire. Quibus peroratis fausta appreciatione et brevi adhortatione orationi finem imponit.

Descensum ad inferos igitur capp. 17-20 tractat æque copiose ac sepulturam, vel ascensionem et ad dextram sessionem, quæ utraque capp. 24-30 tractatur. Cap. nempe 17mo objectionem profert eorum, qui dicant, "mortuum quidem recens tum defunctum a vivente exsuscitatum esse (sc. ab Elissæo et Elia) sed ostendendum esse posse fieri, ut mortuus trium dierum resurget, et sepultus homo post dies tres ad vitam revocetur," et ita in duplicem resurrectionis modum, resurrectionem videlicet a sepultura corporis et ab infernis animæ incidens Jonæ exemplum proferens, de descensu ad inferos loquitur: *ἐξεταζόντων δὲ ἡμῶν τὴν κατὰ τοὺς Ἰωάνη διηγήσιν, πολλὴ τῆς ὁμοιοτήτος ἐστὶν ἢ συνέργεια.*

Ἰησους ἀπεξάλη μετανοίαν κηρύξαι, καὶ Ἰωνας ἀπεξάλη.... κἀκείνος ἐβλήθη εἰς κοιλίαν κητος· ἔτος δὲ κατηλθεν ἐκείως, ὅπερ το νοητόν τε θανάτου κητος· ἐκείως δὲ κατηλθεν, ἵνα ἐξεμεσῇ τῆς καταποθέντας ὁ θάνατος· κατὰ το γεγραμμένον (Hos. 13, 14)· ἐνταυθα γενομένοι τε λογῆ, σκοπησωμεν, ποιόν ἐστὶ δυσκολώτερον, ἀνθρώπον ταφέντα ἀπο γῆς ἀναστῆναι ἢ ἀνθρώπον ἐν κοιλίᾳ κη-
 τῆς.... ἀλλ' ἀποκρίνονται Ἰσραῖοι καὶ λεγέσι· συγκρατεβῆ τῷ Ἰωνα ἢ δύναμις τε θεῶν ἐν ἄδη κλονεμένῳ.... πιξεσω γὰρ ὅτι καὶ Ἰωνας διεφυλαχθῆ.... πιξεσω καὶ Χριστὸς ἐκ νεκρῶν ἐγγερεται.... τῆς μόνῃς μὲν καταβάντος εἰς ἄδου, πολλοὺς δὲ ἀναβάντος· κατηλθε γὰρ εἰς τὸν θάνατον καὶ πολλὰ σώματα τῶν κεκοιμημένων ἁγίων ἤγερεθη δι' αὐτῆς. Ἐξηπλάγη ὁ θάνατος θεωρήσας καινὸν τινα κατελθόντα εἰς ἄδου, δεσμοῖς τοῖς αὐτοῦ μὴ κατεχομένον· τίνος ἐνεκεν, ὃ πύλοροι ἄδου, τῆτον ἰδόντες, ἐπτηξασθε; τίς ὁ κατεχὼν ὑμᾶς ἀσυνήθους φόβος; ἐφυγεν ὁ θάνατος, καὶ φυγῆ τῆν δηλίαν ἤλεγχετο· προσετρεχόν οἱ ἅγιοι προφηταί, καὶ Μωϋσῆς ὁ νομοθετῆς, καὶ Ἀβραὰμ καὶ Ἰσαακ, καὶ Ἰακωβ. Δαβὶδ τε καὶ Σαμεὴλ καὶ Ἡσαίας, καὶ ὁ βαπτιστῆς Ἰωάννης, ὁ λεγὼν καὶ μαρτυρῶν· Σὺ εἶ ὁ ἐρχόμενος ἢ ἕτερον προσδοκώμεν; ἐλυτρώοντο πάντες οἱ δικαιοὶ, ἕς κατεπιεν ὁ θάνατος· ἔδει γὰρ τὸν κηρυχθέντα βασιλεῖα τῶν καλῶν κηρυχτῶν γενεσθαι λυτρωτῆν. Ἔπειτα ἕκαστος τῶν δικαίων ἔλεγε· Πῆσθ θανάτου το νίκος· πῆσθ ἄδου το κέντρον; ἐλυτρώσατο γὰρ ἡμᾶς ὁ νικοποιός. Respexit quidem hæc loca iam Dietelmaierus, in historia dogmatis de descensu Christi ad inferos literaria, ubi de hujus articuli in symbolum receptione disputat § 95 (cfr. § 78), ita tamen, ut Cyrillum hanc doctrinam, quamvis sub articulo sepulturæ complexus fuerit, re vera protulisse, inde probare satis habeat, neque concludat, quod in explicando symbolo descensum ad inferos commemoraverit, ideo articulum de descensu in eo, quod exponeret, symbolo fuisse. Sed quum Dietelmaierus ipse, ut

ante monuimus, hypothesi illa, quod lis Apollinaristica ad symbolum hoc articulo augendum contulerit, præoccupatus fuerit, iudicium ejus hac in re minoris momenti habendum est. Quodsi quis dixerit, Rufinum tamen, quem cognovisse Catecheses Cyrilli pateat¹⁾, hunc dicere sermonem in ecclesiis Orientis non haberi, inde nihil certi argumenti fluit ad affirmandum, hoc re vera ita fuisse, partim quod, ut ante ostendimus, haud certæ fidei est in rebus tradendis, partim quod is fortassis titulos catechesium, in quibus hoc dogma non commemoratum esset, in hac re secutus sit. In titulis enim, qui catechesibus inscripti sunt, non legitur; sed inde quod in titulis non legitur, certe non efficitur, in symbolo ipso hunc articulum non fuisse lectum, cum præsertim articulus de sepultura et hic de descensu ita sint arcte inter se conjuncti, ut in expositione non facile possint divelli. Neque hic solus est locus, in quo plus invenitur in textu, quam in titulo; in articulo v. c. de Christo nato pari modo res se habere deprehenditur, ut in titulo aliquid omissum sit, quod tamen autor in textu proposuerit, idque et in breviori et in uberiori symboli expositione. Etenim in breviori expositione cateches. 4. hic articulus inscribitur *περι της ἐκ παρθενῆς γενήσεως*, textus vero habet: *γενηθεῖς ἐξ ἁγίας παρθενῆς καὶ ἁγίου πνεύματος*, in uberiori autem expositione titulus catecheseos 12^{mæ} legitur: *ἐλστο· σαρκωθέντα καὶ ἐνανθρωπήσαντα*, in textu autem etiam hic legitur: *ἐκ παρθενῆς καὶ πνεύματος ἁγίου*.

Ita igitur, quamvis non contenderim posse tamquam certo certius dubitantibus monstrari, hunc articulum in illo, symbolo quod exposuit Cyrillus, exstitisse, quoniam autor ipse nullibi symboli verba seorsim continua serie proposuit, multo tamen minus pro certo venditare licebit, eum ibi non exstitisse; quin etiam, si rem animo non præoccupato spec-

1) cfr. Vita Rufini ed. Dom. Vallarsii p. 215.

temus, illud quidem hoc verosimilius putandum esse, nemo facile negaverit.

Quare neque Kingius in hac re tractanda (Hist. symb. Apost. § 69), in symbolo, quod explicaverit Cyrillus, articulum de descensu existitisse, veritate convictus negat, sed, ut est hypothesei sua captus, in verba Rufini jurans, eo rem vertit, ut existimet, privatum eum symbolum quoddam suum explicare; hoc autem a verosimilitate longea besse, ut doctor ecclesiæ catechumenis ecclesiæ privatum quoddam symbolum, neque publicum illud ecclesiæ, quod in baptismo mox illis profitendum esset, explicasse existimandus sit, nemo est, quin videat.

Tum ad *Epiphanium* transibimus. Etenim quamvis in duobus symbolis apud Epiphanium obviis, quæ recepit Walchius (bibl. symb. p. 50 seqq.), non legitur hic articulus, apud eundem tamen ter invenitur in talibus locis, in quibus, sub forma symboli, fidei Christianæ partes commemorat. In opere enim eius, quod inscribitur *Adv. Hæres. lib. 1, hæres. 20 § 2*, plane in forma symboli hæc habet:.... ἀχρι σαυρος πασχοντος ἐν ἀληθείᾳ, ἀπαθες δε μενοντος ἐν θεοτητι. Χριστς γαρ παθοντος ὑπερ ἡμων σαρκι, φησιν ἡ γραφη και παλιν θανατωθεις σαρκι, ζωογενηθεις δε πνευματι, και τα ἐξης· σαυροσται, θαπτεται, κατερχεται εις τα καταχθονια ἐν θεοτητι και ἐν ψυχῃ· αἰχμαλωτευει την αἰχμαλωσιαν, και ἀνιζαται τη τριτη ἡμερα συν αὐτω τῷ ἀγιῷ σωματι &c.

Secundus locus est *Expos. fidei ecclesiæ Catholicæ et Apost. c. 17*. Verba hæc sunt, in quibus ad incorruptibilitatem inprimis ostendendam divinitatis descensum Domini ad inferos commemorat: ὁ ὑπερ ἡμων το παθος ὑπομεινας ἀληθεια, ἐν σαρκι και ἐν τη τελεια ἐνανθρωπησει, παθων ἐν ἀληθεια ἐπι τε σαυρα, συνσεσης αὐτω της θεοτητος, ἀλλ' ε̄ τραπεισης εις το πασχειν, ε̄σης δε ἀπαθες και ἀτρεπτε· των δυο ἀκολεθιων σαφως κατανοσμενων, Χριστς πασχοντος ὑπερ ἡμων σαρκι, ἀπαθες δε μενοντος ἐν

θεοτητι· ἔ τε ἀνθρωπιε κατ' ἰδιαν ὄντος, και της θεο-
 τητος κατ' ἰδιαν, ἀλλὰ συνσεσης της θεοτητος μη πασχ-
 σης δε, δια το ἀκραιφνες και ἀσυγκριτον της ἕσιας· πασ-
 χόντος δε ἐν σαρκι και θανατεμενε ἐν σαρκι, ζώντος δε ἄει
 ἐν θεοτητι, και ἐγειροντος τες νεκροσ· τε σωματος τα-
 φεντος ἐν ἀληθεια, και ἀψυχε μειναντος το τριημερον,
 ἀπνε τε και ἀκινήτε, ἐνειληθεντος δε δια της σινδοнос,
 κατατεθεντος ἐν τῷ μνηματι, συγκλεισθεντος δια τε λιθε
 και σφραγιδων των ἐπιτεθεντων· ἔχι της θεοτητος συγ-
 κλεισθεισης, ἔ της θεοτητος ταφεισης, συγκατελθεσης δε
 τη ψυχη τη ἁγια εἰς τα καταχθονια, ἔλσεης ἐκειθεν την
 των ψυχων αἰχμαλωσιαν, κλασασης κεντρον θανατε, διαρῶη-
 ξασης τα κλειθρα και τες μοχλεσ τες ἀδαμαντινεσ, και
 λυσασης ὠδινας ἄδε ἐν ἰδια ἔξσεια, ἀνελθεσης συν τη
 ψυχη, μη ἔαθεισης της ψυχης εἰς ἄδην, μηδε της σαρ-
 κος ἔωρακνιαισ διαφθοραν, ἀνασησασης αὐτην της θεοτη-
 τος, ἢ ἀνασαντος αὐτε τε Κυριε θεε λογε και υἱε θεε,
 συν ψυχη και σωματι &c.

Neque hunc locum silentio prætermittit Walchius, sed quid sibi velit, haud intelligo, quum admoneat lectores, ne ibi credant symbolum contineri aut explicari, quippe cuius modo paucas admodum particulas adserendi autor usus sit occasione (bibl. symb. p. 54, n. IV); neque enim articulum ullum de Christo graviorem omissum video, neque, si ita sit, facile sit suspicatu, quid demum intersit ad dijudicandum, utrum articulus aliquis locum habuerit in symbolo, necne, sive totum sibi sumserit symbolum exponendum, sive paucas symboli particulas adserendi occasione usus sit autor, modo hæ, quas exposuerit, vere sint particulæ symboli, et in his ille, de quo quærat, articulus insit; nec non Walchius ipse in bibliothecam suam symbolicam multa recepit symbola perbrevia, haudquaquam omnes symboli Apostolici articulos continentia, quæ enumerare longum est; sponte se lectori cuique offerunt. Quare etiam Kingius (l. c.) symbolum hic exhiberi concedit, sed ut in catechesibus Cyrilli, privatam,

non publicum, symbolum existimari vult; cui opinioni non facile erit hic tam certum argumentum opponere quam illic, quippe cum consilium auctoris in hoc libello scribendo non ita in promptu sit, ac ubi de catechesibus Cyrilli sermo est: nemo tamen non concedet, verosimile non esse, quando auctor in titulo præ se tulerit, se "fidem ecclesiæ Catholicæ et Apostolicæ" tractare velle, symbolum eum proponere privatum ac suum.

Neque denique magni est momenti, quod sub finem capituli, breviter exhibens articulos symboli huc pertinentes, hoc articulo omissis, modo habet: *τετον άνθρωπον ὅμς και θεον ἔχσα* (sc. ecclesia), *ἀπαθῆ και παθοντα, και ταφρευτα και ἀναξαντα, και ἀνελθοντα ἐν δοξῆ, ἐρχομενον κριναι ζωντας και νεκρους, ὡς ἐφην ἐν ἀληθειᾳ, ἑ της βασιλειας ἐν ἔσαι τελος*. Primum enim quoque omissus est articulus de sessione ad dextram patris; deinde cum alio loco in simili expositione brevi hunc articulum, ut supra ostendimus, afferat, omissio eiusdem hoc loco potius eandem, quam § 21 observavimus, Epiphani in symbolo tractando libertatem ostendere, quam hunc articulum, hic omissum, ibi receptum, in symbolo revera non existisse, probare existimanda est.

Tertius locus est *Anacephal.* Tom. II, p. 155 ed. Petav., ubi iisdem omnino verbis, ac in *Expos. fid.* commemoratur: *πασχοντος δε ἐν σαρκι, και θανατεμενε ἐν σαρκι, ζωντος δε ἀει ἐν θεοτητι &c.*

Præterea Walchius in *Biblioth. symb.* plura symbola recepit, in quibus hic articulus legatur, quorum de ætate varie judicat, quæ hic recensebimus.

In his primum nominabimus duo symbola ecclesiæ Romanæ, quæ ex *Usserii Diatribe de symbolo Apostolico* sumsit, alterum græce, alterum latine expressum, in quibus hic articulus additus legitur: *„σανρωθεντα, θανοντα και ταφρευτα, κατελθοντα εις τα κατωτατα: crucifixus, mortuus et*

sepultus. Descendit ad inferna¹⁾). Hæc duo symbola Us-
 serius ex codice Cantabrigiensi seculi octavi descripsit, et ad
 ecclesiam Romanam pertinere probavit; sed de antiquitate
 eorum Walchius dubitat: attamen modo ex argumento in-
 terno. De græco iudicium ejus ita sonat: "idem illud esse
 cum symbolo Romano, recentius multis additamentis aucto,
 quod per eminentiam Apostolicum appellamus, satis patet.
 Hinc nec tuto in numero vetustiorum symbolorum haberi
 illud fas est." Talem vero probationem, quippe quæ in
 circulum eat, nullam esse, quisque videbit; neque hoc ipsius
 Walchii iudicium de græco symbolo bene convenire videtur
 cum iudicio eius de latino; de hoc enim, quamvis verbote-
 nus illud græce expressum referat, ita observat: "nullum
 nobis quidem præter hoc occurrit antiquitatis monumentum,
 quo symbolum hoc, quod Apostolicum per eminentiam nostra
 ætate dicitur et omnium fere Occidentis ecclesiarum usu no-
 bilitatur, ecclesiæ Romanæ veteris consuetudine frequentatum
 fuisse comprobetur; aliorum quidem coetuum, qui seculo
 saltem quinto illud usurparunt, exempla postea dabimus."

Quodsi hoc symbolo latine expresso comprobatur, sym-
 bolum Apostolicum ea, qua nunc illud legimus, forma fuisse
 ecclesiæ Romanæ veteris consuetudine frequentatum, cur id
 minus symbolo eodem græce expresso probetur, non appa-
 ret. Quæcunque igitur sit horum symbolorum ætas, tamen
 errare nobis non videmur, quando in iudicio Walchii de hoc
 inconstantiam, in iudicio eius de illo licentiam notamus.

Neque vero Usserius ipse, qui hæc symbola protulit,
 satis antiqua ea iudicat. Narrat enim, se ea invenisse in
 codice manuscripto, qui inscriptus fuerit „Psalterium græcum
 Papæ Gregorii," et exempli loco profert ad ostendendum,
 Romanum etiam symbolum sensim esse additamentis aliquot
 auctum, si ad formam ejus respiciatur, qualis secundum Ru-

1) *Bibl. symb.* p. 58. 61.

finum fuerit ¹⁾). Quare nec magni illa momenti ad antiquitatem articuli de descensu in symbolo probandam existimamus, sed alio modo utilitati nobis erunt in sequentibus.

Habet deinde Walchius p. 71 symbolum, quod *Venantius Fortunatus* exposuit, in quo hic articulus, sepultura omissa, legitur: „crucifixus sub Pontio Pilato. Descendit ad infernum.” *Venantius Fortunatus*, gente Italus, in Gallia vixit posteriori parte seculi 6^{ti}, quemadmodum vero, in dijudicanda symboli illius Romani, græce expressi, ætate, similitudo ejus cum symbolo Apostolico vulgari Walchio persuasit, ad recentiorum illud pertinere ætatem, ita, in hoc dijudicando symbolo Fortunati, discrepantia ejusdem ab Apostolico vulgari illum commovit, ut vetustiori hoc adscriberet ætati. Apponemus iudicium ejus: „non ignobile est symbolum Fortunati... neque indignum esse nostra observatione, ex numero non modo vocum sed dogmatum etiam judicabis, quæ omittit. Hoc imprimis notari velimus, sepulturam Christi silentio præteriri; poni tamen descensum ad inferos, huncque Venantium non de sepultura, sed de profectioe Christi in carceres ad liberandos captivos interpretari.” Verba Fortunati hæc sunt: „Sed descendens ad infernum, injuriam non pertulit, quod fecit causa clementiæ, velut ut rex intrans carcerem, non ut ipse teneretur, sed ut noxii solverentur.” (Bibl. maxima patr. Tom. X, p. 592).

Non minus notandum Walchio videtur symbolum quoddam ex *Missali gallicano* desumptum, quod p. 71-72 proponit, in quo descensus ad inferna legitur.

Eodem modo p. 73 agnoscit antiquitatem symboli cujusdam ecclesiæ Hispanicæ, ab *Etherio et Beato* in *Libr. 1 adv. Elipandum* servati, quod, quamvis opus hoc conditum sit sub exitum seculi 8^{vi}, non tamen dubitari oportere censet, quin sit symbolum antiquum Hispanorum, quod testentur auctores illi ab Apostolis ad se esse transmissum et inter sacra

1) Lib. c. p. 6, ed. Genevæ 1722.

baptismi recitari solere. Hoc vero symbolum articulum de descensu habet: „passus sub Pontio Pilato, crucifixus et sepultus. Descendit ad inferna.”

§ 29.

Transimus vero nunc ad enarrationem symboli tantæ gravitatis, ut peculiaris illi paragraphus tribuenda esse videatur. Legimus enim apud Walchium p. 74 fragmentum symboli, quod ab illo inscribitur: „symbolum latinum vetus incertæ ecclesiæ,” hunc articulum exhibens: „qui sub Pontio Pilato crucifixus est et sepultus, descendit ad inferna.” De hoc symbolo cum legissem sententiam Walchii (etenim forma, inquit, a ceteris omnibus differt, et nisi nos omnia fallant, satis antiqua est. Parum abest, quin hanc omnium Latinarum vetustissimam esse suspicemur, quæ descensum ad inferos habeat) gravissimi illud in hujus rei disquisitione putabam esse momenti, quare magnopere dolebam, quod et in bibliothecis nostris et in bibliotheca Universitatis Kiloniensis frustra illum quærerem libellum, in quo, testante Walchio, primum editum esset et egregie illustratum, cujus titulus esset: *Enarratio Pseudo-Athanasiana in symbolum antehac inedita, et Vigilii Tapsitani de Trinitate ad Theophilum liber VI, nunc primum genuinus prolatus, op. et stud. Josephi Blanchini. Veronæ 1732. 4*, donec eum egregia benignitate illustrissimi Jac. Grimmii ex bibliotheca regia Universitatis Goettingianæ mutuam accipere mihi contingeret. Neque spes me fefellit, quin etiam majoris momenti inveni, quam sperare ausus eram, quamobrem præsertim cum eam plerisque ignotam esse suspicarer, enarrationem illam symboli satis brevem huic disquisitioni appendicis loco subungere statui. Etenim primo quidem obtutu, cum enarrationem in articulum de descensu ad inferos perlegerem, sententiæ nostræ contradicere est visa, nec dubito, si hoc opusculum potuisset cognoscere Kingius, quin argumento illi fuisset ad hypo-

thesin suam probandam. Verba enim auctoris hæc: „Ne in Filio Dei, Deo pleno, dubitaretur fuisse hominis plenitudo, insinuat nobis descendisse ad inferna confessio”, disserte videntur pro illa opinione facere. At vero, quando in articulo de resurrectione in hæc verba incidimus: „Post creditum ad inferna descensum resurrectionis celeritatem fatemur, ne reliquisse assumptum hominem deus apud inferos putaretur &c.,” iterumque in articulo de descensione legimus: „ascendit in coelos, ne alium Christum in Filio Dei, alium in hominis Filio putaremus &c.,” facile apparet, per particulam „ne” autorem non causam exprimere voluisse, ob quam hi articuli in symbolum recepti essent, sed quid ex his articulis, quales in symbolo sint, ad fidem nostram de Christo definiendam efficeretur. Neque omnia accurate perpendenti dubium mihi est, quin sit ad tempus ipsis litibus Apollinaristicis antiquius referendum, ut recte viderit Walchius, enarrationem hanc symboli Latinarum esse vetustissimam, quæ descensum ad inferos habeat, vetustiore igitur expositione Rufini, grave adversus illam hypothesin argumentum.

De autore ita disputat, Blanchinus editor ut ostendat, non posse Athanasium esse illum celeberrimum ecclesiæ patrem, cujus nomen titulus præfert, a) quia ad calcem opusculi allegata sint verba illa 1 Joh. 5, 7: „tres sunt, qui testimonium perhibent in coelo, Pater, Verbum et Spiritus, et ii tres unum sunt,” quæ Athanasius in codicibus suis non legerit; b) quia non aliud unquam Athanasius proposuerit symbolum, quam Nicænum; c) quia denique nullus in operibus Athanasii sermo exstet catecheticus.

Deinde monstrat, non magis posse ad alium referri Athanasium, illum nempe Alexandrinum presbyterum, Cyrilli sororis filium, cujus exstat libellus græce et latine ad Leonem Papam adversus Dioscurum in actis synodi Chalcedonensis, act. 3, quia omnino non autor possit esse græcus: a) quoniam Græci in art. de Deo semper adjecerint „unum,” neque post Nicænum concilium aliud præter Nicænum adhibuerint

symbolum, in quo hoc vocabulum inveniatur; *b*) quoniam de Deo patre adhibeatur vocabulum „autor,” cui quod respondeat, nullum vocabulum Græci habeant, quod igitur latinum autorem prodat; *c*) quod symbolum dicatur „sacramentum”, quod proprium sit Latinis, ad quod probandum plura loca ex Tertulliano, Firmilliano, Cypriano profert, unde efficit sacramenti vocabulum hoc sensu peculiare esse Africanæ ecclesiæ; *d*) quod usus vocabuli „præjudicatum” eo, quo p. 171 obtinet sensu, non modo Latinum prodat, sed etiam modo apud Tertullianum inveniatur, ideoque autorem Africanum indicet.

Quare, cum ubique Romanæ ecclesiæ ritus callentem, nullibi græcizantem, se prodat autor, Latinum et quidem Africanarum locutionum peritum suspicatur, nec non in annotationibus plura addit, quæ hanc opinionem confirment, v. c. usum vocabuli „evacuati” p. 172, ut idem significet ac inanimis, quo sensu Tertullianus sæpe usurpet, ac præsertim in libro *de carne Christi*; deinde formulam „*sedit ad dextram patris*”, omissis vocabulis *Dei* et *Omnipotentis*, quæ quidem tribus illis locis occurrat, ubi symbolum integrum exhibeat Tertullianus „*De veland. virgin. c. 1, Adv. Prax. c. 2, De præscript. adv. hæ. c. 13*”; formulam præterea „*inde venturus iudicaturus*,” quam eandem habeat Augustinus *Serm. 213*; formulam denique „*in sanctam matrem ecclesiam*,” quippe cum ex scriptis Cypriani, Tertulliani, Augustini patere existimet, peculiare fuisse ecclesiæ Africanæ ecclesiam appellare matrem.

Si vero quæritur, quis demum fuerit autor, Blanchinus pluribus pro Vigilio Tapsitano pugnat, qui plura sub nomine Athanasii scripserit, in his 12 de Trinitate libros, quorum numerus, hoc libro adjecto, expleatur, qui idem autor symboli Athanasiani vulgo dicti a plerisque existimetur, cujus et generi scribendi et sententiis plura hac in enarratione congruere ostendit.

Attamen non dissimulat, ea quoque esse, quæ contra

Vigilium autorem faciant: *a)* quod quædam scripturarum loca sub varia versionum forma in hac enarratione symboli prolata sint, quæ si ad Vigilii lectionem referantur toto coelo inter se discrepent, quorum exempli loco affert 1 Joh. 5, 7, Math. 28, 19, Joh. 19, 37, quæ quidem non secundum emendatam Hieronymi versionem in hac enarratione citentur, sed secundum veterem illam versionem, quæ primis ecclesiæ sæculis obtinere coeperit sub veteris et Italicæ nomine; *b)* quod in hac enarratione symboli sententia occurrat, quæ in libris Orthodoxorum post hæresin Pelagianam non facile reperiatur, ubi nimirum dicat: „quoniam, quamvis velle nostrum sit, perficere tamen sine illo non invenimus,” quare post Augustinum in Africa scriptum esse a veritate prorsus alienum videatur; *c)* quod, quamvis in articulo de ascensione Nestorium taxare videatur, non tamen Mariam appellet Deiparam, ut ante annum 431 scripta videatur; *d)* quod hoc symbolum mentione ecclesiæ clauditur, Vigilius autem in libr. contr. Eutychem habeat resurrectionem carnis et animæ immortalitatem, in libro vero de Trinitate nono de Ecclesia taceat, cæteros vero articulos, qui hic desiderantur, commemoret.

Addere hic nobis liceat, quod si symbolum, vulgo Athanasianum dictum, Vigilium habet autorem, ut existimatur, idem certe hanc enarrationem non conscripsit; tanta est inter hæc symbola non modo totius rationis sed etiam singulorum inter se articulorum discrepantia. In hac enim symboli enarratione, ne levissimum quidem vestigium invenitur illius, quod in illo symbolo *Quicumque* apparet, studii trinitatis mysterii ab omni parte accurate definiendi, sed summa in singulis articulis explicandis simplicitas, quæ utique antiquitatem probare videtur hujusce, neque articuli utrobique recensentur iidem; hæc enim per sanctam ecclesiam terminatur, illud adjicit resurrectionem et vitam æternam; neutrum symbolum omnes ad passionem et mortem pertinentes articulos habet, sed in iis, quæ afferunt, inter se discrepant; in illo legitur: „*qui passus est pro salute nostra, descendit ad*

inferos,” in hoc: „*qui sub Pontio Pilato crucifixus est et sepultus, descendit ad inferna,*” unde sequi videtur, ut ad eundem autorem referri non possint; hoc vero illo esse antiquius, et, ut ante monuimus, simplicitas totius expositionis, et dissimilitudo illa, quæ in nostro articulo obtinet, qui in hoc legitur *descendit ad inferna*, quæ antiquior sine dubio est forma, quæ eadem quoque apud Rufinum invenitur ¹⁾, iam declarant.

Verum adsunt, quæ non modo hanc enarrationem antiquiorem esse symbolo illo Athanasiano, nec bene posse, ut monuit Blanchinus, post Pelagii et Nestorii errores condemnatos scriptam esse, testentur, sed etiam suspicari faciant, autorem ne Apollinarismum quidem cognitum habuisse, sed vel omnino ignorasse, vel saltem non talem cognovisse, qualis sensim efformatus sit, donec concilio Constant. Condemnaretur. Notatu enim dignissimum est, quod in articulo de descensu autor, cum eos taxet, qui dubitent, plenitudinem hominis in Dei filio fuisse, ita errorem eorum notat, ut videamus eum tales respexisse, qui Christum carnem inanimem, „*id est, qui animam non haberet,*” assumsisse docerent, neque sermonem esse de iis, qui animam rationalem eum assumsisse negarent, quod quidem peculiare fuit Apollinari, qui, licet fortasse illud initio docuerit, quod vero incertum est, tamen mox reliquerit, et modo animam in Christo rationalem negaverit; quam doctrinam Apollinaris peculiarem cum nullus scriptor senioris quidem ævi intactam reliquerit, hujus opusculi confectionem ad id saltem tempus rejicere cogimur, quo, pullulante quidem errore Apollinaristico, vera ejus ratio nondum innotuerit. Vix eodem in hac re cognitionis gradu stetisse hic autor videtur, quo episcopi Alexandriae a. 362 congregati, quorum in epistola synodica non modo *ἀψυχον* sed etiam *ἀναισθητον και ἀνοητον σωμα* legimus ²⁾;

1) Cfr. Pearson Expos. Symb. Apost. p. 404, n: a. lat. ed. Francof. 1691. Usserii diatr. de symb. p. 7.

2) Vide p. 92.

quodsi hujus concilii decretum non ad Apollinaris doctrinam, sed ad Arianos, referendum est, ut existimant Walchius, Neander, aliique plures, hoc certe opusculum eodem referendum erit, idque eo magis, quod, quemadmodum Apollinaris error peculiaris non disserte taxatur, ita ne unum quidem in articulis de Christo verbum occurrit, quod non apprime in Arianos cadat, et in antiquiores hæreticos verum Christi corpus negantes. In articulo: „*ex Maria virgine*” contra Arianos monet, etiam in hac generatione humana documentum esse divinitatis¹⁾; in articulo: „*qui sub Pontio Pilato crucifixus est et sepultus*” contra Gnosticos et Manichæos veritatem corporis Christi urget²⁾, indigitata veritate animæ, quam in sequenti articulo: „*descendit ad inferna*” amplius inculcat verbis, quæ non in Apollinarem, sed in Arianos congruant, quos corpus modo, non animam, suscepisse Verbum divinum docuisse, testimonia antiquitatis probant, quorum nonnulla § 26 attulimus; in articulo: „*die tertio resurrexit a mortuis*” contra Arianos divinitatem ex resurrectione demonstrat³⁾; in articulo: „*ascendit in coelos*” accusationem avertit Arianorum, quod Catholici duos Christos docerent⁴⁾; in articulo: „*sedit ad dextram Patris*” errori occurrit Arianorum, quod exaltatio Christi fructus esset et præmium obedientiæ ejus⁵⁾; in articulo: „*inde venturus, judicaturus de vivis et mortuis*” pariter ostendit utramque naturam, id quod ubique contra Arianos laborant ecclesiæ doctores.

His vero si adjeecerimus quod symbolum hoc nostrum terminatur articulo: „*de spiritu sancto,*” subjunctis denique verbis: „*in sanctam matrem ecclesiam,*” prouti etiam symbolum Nicænum in hoc articulo definit, in anathemate tamen

1) Cfr. Athanas. de incarnatione Verbi. c. 18.

2) Cfr. Tertull. adv. Marcionem lib. 3 c. 8; Origenes Dial. 4.

3) Cfr. Ath. Orat. III c. 57. Epiph. Hær. 69, 64.

4) Cfr. Gregor. Nyss. c. Eunom. or. IV. 578.

5) Cfr. Athan. orat. I, c. 43. III c. 26.

implicite ecclesiae mentione facta (...ἀναθεματίζει ἡ καθολικὴ ἐκκλησία), si ea, quæ in explicatione hujus articuli proposita sunt, perlegerimus, quæ satis bene conveniunt decretis simplicibus, quæ exstant in epistolis synodicis conciliorum Alexandrinorum a. 362¹⁾ et 363²⁾, nihil vero habent eorum additamentorum, quæ recepit synodus Constantinopolitana, certe videbimus, hic nos habere autorem Orthodoxum ecclesiae Africanæ, qui ante oculos habens formulam Nicænam, nondum Constantinopoli amplificatam, pullulante errore Macedonii, forsan etiam Apollinaris (quod tamen omnino incertum), sed nondum Constantinopoli condemnato, symbolum Apostolicum exponat, quale in ecclesia ipsius obtineret.

Symboli autem ipsius formam, in quod hæc enarratio est conscripta, cum variis suis articulis longe esse illa antiquiorem, et per se patet, cum omnino additamenta non redoleat, plura vero omittat, quæ postea vulgo inveniantur, et præter alia eo etiam, ut observat Blanchinus, mire confirmatur, quod in articulo de sessione ad dextram patris modo habet: "*sedet ad dextram patris*" omissis vocabulis: "*dei omnipotentis*," quæ quidem forma brevior hujus articuli, ut ante monitum est, apud Tertullianum obtinet in tribus illis locis, in quibus symbolum recitat, nempe *de virgin. veland.* c. 1, *adv. Praxeam* c. 2, *de præscriptionibus adv. hæer.* c. 13, quæ eadem Walchius in *bibl. symb.* p. 7-9 recepit.

Habemus igitur hic symbolum Africanæ ecclesiae, expositione Rufini absque dubio, et, ut videtur, etiam formula illa Sirmiensi Arianorum longe antiquius, in quo articulus de

1) εἶδεναι ἅγιαν μὲν τριάδα, μίαν δὲ θεότητα, μίαν ἀρχὴν, καὶ υἱὸν μὲν ὁμοσιον τῷ πατρὶ, ὡς εἶπον οἱ πατέρες, τὸ δὲ ἅγιον πνεῦμα ἐκτισμα, ἐδε ξενον, ἀλλ' ἴδιον καὶ ἀδιαιρετον τῆς ἑσίας τῆς υἱὸς καὶ τῆς πατρὸς. (Mansi coll. III, 349.)

2) ἀλλ' ἐδε ἀπηλλοτριωσαν τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἀπο τῆς πατρὸς καὶ υἱὸς, ἀλλὰ μάλλον συνεδοξασαν αὐτὸ τῷ πατρὶ καὶ τῷ υἱῷ, ἐν τῇ μιᾷ τῆς ἁγίας τριάδος πίσει, δια τὸ καὶ μίαν εἶναι ἐν τῇ ἁγίᾳ τριάδι θεότητα. (Mansi coll. III, 367.)

descensu obtineat, manifeste et sigillatim expressus et in duobus sequentibus articulis repetitus, ut nulla arte possit ex-terminari.

§ 30.

Ita cum una symboli recensione vel enarratione supra dubium euectum esse videatur, in ecclesia Africana alicubi in symbolo dissertis verbis expressum fuisse hunc articulum, non dubito proponere sententiam, quæ, quamquam sola conjectura nitetur, nec non in promptu sit objicere, monumenta literis consignata ei adversari, tamen a veritate non aliena videtur; sæpeque mihi cum ea, quæ de hoc dogmate varie disseruit Augustinus, legerem, se obtulit, ipsum videlicet Augustinum, quamquam eum in Expositione fidei non commemorat, tamen hunc articulum in symbolo ecclesiæ suæ re vera habuisse. Etenim non possum animo concipere, quomodo is, qui ingenue fateatur, se nihil certi statuere audere nec de inferno ¹⁾ nec de iis, quæ Christus ibi effecerit ²⁾, quo abierit ³⁾, quosve servaverit ⁴⁾, qui idem in loco Petrino, qui certissime pro descensu Christi ad inferos testetur, hunc non videt, sed vult eum ita intelligi, ut sint tempora Noachi typus illius temporis, quo Christus in carne salutem prædicaturus venerit spiritus autem carcere inclusi sint Noachitæ increduli, quibus Christus non realiter sed in spiritu veniens, ut sæpe alias vel ad arguendos malos vel ad consolandos bonos, non apud inferos sed hic prædicaverit frustra, quia non crediderint, quum exspectaret eos dei patientia per tempus tot annorum, quibus arca fabricata sit ⁵⁾, quomodo is

1) Enarratio in Ps. 85, 13: Epist. 187 ad Dardanum; Epist. 164 ad Euodium, n. 7. Genes. ad lit. lib. 12, 60.

2) Epist. 164 ad Euod. n. 8.

3) Epist. 187 ad Dardanum.

4) Epist. 164 ad Euod. n. 4 et 5.

5) Epist. 164 ad Euod. n. 15.

igitur non modo doctrinam de descensu ad inferos non respuat, quoniam alium unum saltem locum videat ita hac de re testari¹⁾, ut existimet, neminem nisi infidelem descensum negare posse, aut ut alii v. c. uterque Gregorius, raro modo et leviter attingat, sed crebro adeam revertatur, descensumque in talibus scripturæ locis commemoratum inveniat, in quibus naturalis verborum sensus nihil minus suadere videatur. Ita, ut unum afferam exemplum, mirum simul et pulcherrimum, in sermone 364 de Samsonē, ubi verba refert in Lib. Judic. c. 16 obvia: "intravit autem Samson ad meretricem, inimici vero exspectabant ad portas civitatis ut comprehenderent eum, cum a meretrice, ad quam intraverat, fuisset egressus. Ille vero, dormiebat. Sed ubi resurrexit, media nocte exiit, et abstulit portas civitatis ipsius, cum seris, et easdem portas levavit in cacumen montis, et ab allophytis teneri non potuit": hanc narrationem ita interpretatur, ut sit imago Christi, ad inferos descendens, custodientibus interim inimicis sepulchrum, sed secreto resurgens et, mortis dominio victo, demum in coelum ascendens. Non intelligo, inquam, unde venerit hæc non coacta confessio, sed vivida persuasio rei, in qua tamen tot incerta videret, nisi alio fundamento niteretur, quam uno vel certissimo scripturæ loco, adque ea pertineret, quæ non solum in ecclesia traderentur, sed etiam summa ecclesiæ autoritate consignata essent, id est, in symbolo ecclesiæ continerentur. Verum in symbolo contineri, verba ipsius confirmare videntur in *epist. ad Euod.* n. 15, ubi post plura de hoc dogmate dubie dicta hæc adjicit: "quam ob rem teneamus firmissime, quod fides habet fundatissima autoritate firmata, quia Christus mortuus est secundum scripturas, et quia sepultus est, et quia resurrexit tertia die secundum scripturas," et cætera, quæ de illo testatissima veritate conscripta sunt. In quibus etiam hoc est, quod apud inferos fuit, solutisque eorum doloribus, quibus

1) Ps. 15, 10 coll. Act. 2, 27. Epist. 164 ad Euod. n. 8.

eum erat impossibile teneri, a quibus etiam recte intelligitur, solvisse et liberasse, quos voluit, corpus quod in cruce reliquerat, in sepulchro positum recepisse": quæ verba non facile aliter explicari possunt. Quod autem in symboli expositione omisit, id facile explicatur ex dubiis eius de hujus dogmatis vi et ratione, quippe cum presbyter, cujus id erat munus, ut symbolum catechumenis explicaret, ea non facile putandus sit proponere voluisse, de quibus ipse dubius hæret, quoniam coram catechumenis non deceret tam dubie de aliqua doctrina loqui, quam fieri posset coram Christianis provec-tioribus ¹⁾ vel in epistolis ad familiares ²⁾; ubi vero postea literis consignatæ hæ coram catechumenis habitæ orationes edebantur, consilium non fuerit, ut symbolum cum omnibus suis syllabis innotesceret vel inculcicaretur lectoribus ³⁾, quorum memoriæ ante baptismum iam commissum esset servandum, ut ipse testatur Augustinus ⁴⁾, sed ut animis denuo recolerentur, et quidem publici juris fierent, quæ presbyter inter præparationem animis inculcavisset catechumenorum. Quod vero potuit accidere, ut articulus aliquis in symbolo esset et tamen in expositione symboli prætermitteretur, eius rei exemplum habemus recentioris etiam temporis in ordine ad faciendum catechumenum ex missali gallicano veteri sec. 9ⁿⁱ desumpto, quem asservavit Assemanus Cod. liturg. T. I, c. 1 sect. 3^{tia}, n. 4 cfr. § 23. Neque vero huius rei exempla tam longe arcessere necesse est; ipsius Augustini

1) *Enarr. in Ps. 85.* „Quod dicimus, fratres, si hoc non vobis tamquam certus exposuero, ne succenseatis. Homo sum enim, et quantum conceditur de scripturis sanctis, tantum audeo dicere, nihil ex me. Infernum nec ego expertus sum adhuc, nec vos; et fortassis alia via erit, et non per infernum erit.”

2) *Ep. ad Euodium. Ep. ad Dardanum.*

3) *Cfr. August. retract. L. I, c. 21.*

4) *Serm. 214.* „Et ea quidem, quæ breviter accepturi estis mandata memoriæ, et ore proferenda, non nova vel inaudita sunt vobis.” *Cfr. Serm. 212 sub. fin.*

scripta satis suppeditant. Nam in Sermone, ex edit. Bened: 212, qui est primus *in traditione symboli*, ita exponitur symbolum, ut, præter articulum de descensu, etiam articuli de morte, de ecclesia, de communione sanctorum, de vita æterna omittantur; sub finem vero sermonis ita loquentem audimus autorem: "Hinc igitur brevem sermonem de *universo Symbolo* vobis debitum reddidi, in quo Symbolo quod audieritis, *totum* in isto sermone nostro *breviter collectum* agnoscetis." Quodsi quis inde colligeret, in symbolo ecclesiæ Africanæ, quod exponeret Augustinus, hos omnes articulos deficere, valde erraret. Etenim in Sermone 213 ex articulis, qui illic desiderantur, mox occurrunt articuli de morte et de ecclesia; in Sermone denique 214 accedit vitæ æternæ mentio.

Hactenus de Augustino; neque hæc, quamvis conjectura nixa, omnino mihi videntur respuenda. In universum gravissimi momenti mihi videtur unum, quod nescio, an nemo satis observaverit, argumentum ad ostendendum, quam alte animis patrum infixum fuerit, quamque vivide oculis obversatum fuerit hoc dogma, gravioris sane momenti, quam si longam seriem locorum proferremus, in quibus ejus mentio facta esset: hoc puta, quod non solum, pro more suo scripturæ tractandæ, ea scripturæ effata, quæ, quamvis alio sensu ab autoribus dicta, tamen de mortis conditione vel de liberatione a morte agerent, magna cum libertate huc traherent, sed etiam in locis, in quibus nulla, ne minima quidem, vel in singulis verbis vel in contexta oratione occasio dari videretur, vel prophetias, vel allegationes, vel typos domini ad inferos descensum significantia invenirent. Ita, ut pauca modo ex iis, quæ sunt observatu dignissima, afferamus exempla, omnes fere interrogationem illam Johannis baptistæ Matth. 11, 3: *συ εἰ ὁ ἐρχομενος, ἢ ἕτερον προσδοκῶμεν;* interpretantur, quasi scire cupiat Johannes, mortem instantem prævidens, num Christus etiam apud inferos appariturus sit, ut

ibi quoque adventum ejus prædicare oporteat ¹⁾). Ita Origenes Comm. in Ev. Joh. ed. Huet. Tom. II. p. 126 verba Baptistæ c. 1, 27: (*ἐγὼ ἐκ εἰμι ἄξιος, ἵνα λύσω αὐτὸν τὸν ἱμαντὰ τὰ ὑποδημάτων*) allegorice interpretans et in incarnationem applicans, dicit, *τὸ ἕτερον εἶναι τῶν ὑποδημάτων τὴν δὲ εἰς ἄδὲ καταβασιν, ὅσας ποτε ἔσιν ὁ ἄδης, καὶ τὴν εἰς φυλακὴν μετὰ τὰ πνεύματος πορείαν.* Ita Eusebius Demonstr. Evang. lib. VIII. c. 1 verba Genes. 49, 8 (*manus tuæ in tergo inimicorum erunt*), quæ de Christo interpretatur, tum imprimis rata fore dicit, *ὅτε τὸ πνεῦμα παραδὲς τῷ πατρὶ, ἄσαρκος καὶ γυμνός, ἔάνειληφει, σώματος ἐπὶ τὸ τῶν ἐχθρῶν κατῆει χωρίον, αὐτὸς ζῶν τυγχάνων, θάνατον καταλύων.* (Vide etiam libr. X, c. 8 in verba Ps. 22, 22 25). Ita Basilius non solum verba Ps. 49, 16 Christi ad inferos descensum prædicere interpretatur, sed etiam in Homil. in Ps. 44, 9 in verba: *σφυρὰ καὶ ξακτὴ καὶ κασσία ἀπὸ τῶν ἱματίων σε*, allegorice commentans hæc habet: *ἔκεν καὶ ἀποπνεὶ ἢ τὰ Χριστὸς εὐωδία, σφυρῆς μὲν διὰ τὸ πάθος, ξακτῆς δὲ διὰ τὸ μὴ ἀκίνητην μείναι μηδὲ ἀνενεργητὸν ἐν ταῖς τρισὶν ἡμέραις καὶ ταῖς τρισὶν νυξίν, ἀλλὰ κατελθεῖν εἰς ἄδὲ τῆς περὶ τὴν ἀνάστασιν οἰκονομίας ἐνεκεν, ἵνα πληρωσῆ ἑαυτὰ τα συμπτώματα.* Ita Hieronymus Comm. in Daniel c. 3 in interpretatione narrationis de tribus juvenibus, in camino ignis ardentis cum angelo incolumibus versantibus: „Cæterum, inquit, in typo præfiguratur ille angelus sive filius Dei dominum nostrum Jesum Christum, qui ad fornacem descendit inferni, in quo clausæ et peccatorum et justorum animæ tenebantur, ut absque exustione et noxa sui eos, qui tenebantur inclusi, mortis vinculo liberaret.”

Hæc jam exempla, quibus plura facile addi possent, ut supra ex Augustino unum attulimus, satis ostendunt, quam fuerit patribus in propinquo hujus dogmatis commemoratio,

1) vide I. c. Cyrilli Cateches. 4.

quamque arete toti illorum ratiocinationi innexum fuerit hoc dogma. Jam vero non cogitari potest, hunc hujus dogmatis in ecclesia vigorem unice fructum fuisse studii sacræ scripturæ, ejus perpauca modo loca aperte de illo testentur, causa igitur in traditione seu viva institutionis ecclesiasticæ voce quærenda est; nec dubitari potest, quin doctrina, quæ tam altas agere posset radices et animos ita occupare, viva institutione sit non mediocri vi proposita, quemadmodum et apud Cyrillum et Epiphanium in expositionibus symboli a nobis citatis, et in ipsis, quas citavimus, Arianorum fidei formulis in conciliis Sirmiensi, Nicensi et Constantinopolitano propositis, verum magis etiam in homilia quadam Epiphanii, quæ inscribitur *in sepulchrum Christi*, elegantissimo eloquentiæ ecclesiasticæ specimine, unice huic doctrinæ exponendæ et poetice adornandæ dicato, ad quod lectores ipsos ablegamus, sperantes fore, ut neminem lectionis ejus poeniteat. Verum hac de causa etiam mihi videtur ab omni abhorrere verisimilitudine, ecclesiam non mature iam hanc doctrinam in fidei professione verbis expressisse. Quodsi in symbolo expresse continebatur et catechumenis tradebatur, facile autoritatem ejus et vigorem illum explicabimus.

Hoc vero ita esse, ut ecclesia antiquitus iam dissertis verbis in symbolo descensum Domini ad inferos professâ sit, non mera conjectura nititur, saltem quod ad ecclesiam Orientalem attinet, id quod non solum locis, quæ supra ex Eusebio, Cyrillo et Epiphanio citavimus, verum etiam alio argumento, ut mihi videtur, fere certiori, quod neminem vidi hac de re disserentem respexisse, probari existimo. Etenim in liturgiis antiquissimis ecclesiæ Orientalis, in liturgia nimirum sancti Basilii, qualem eam exhibuit *Renaudotius in Liturgiæ oriental. collect.* ex linguis coptica et græca translata, prouti a Monophysitis Copticis et Alexandrinis adhibita sit, itemque opera Andreæ Masii ex syriaca versam, qualemque eam *Goar in Euchologio* exhibuit, prouti certis quibusdam festis diebus, in ecclesia Orthodoxa adhibetur,

Deus noster, qui formasti nos, et posuisti nos in paradiso voluptatis. Cum autem mandata tua... Filium tuum unigenitum Dominum Deum et Salvatorem Jesum Christum manifestasti, qui incarnatus est de Spiritu sancto et ex virgine sancta Maria, et homo factus est, qui viam salutis nos docuit, et supernam illam nativitatem per aquam et spiritum nobis donavit, fecitque nos populum congregatum, mundavitque nos per Spiritum sanctum suum. Ille cum dilexisset suos, qui erant in mundo, tradidit se ipsum ad salutem pro nobis in mortem, quæ super nos regnabat, qua peccatorum nostrorum causa constricti tenebamur: *descendit ad inferos per crucem* ¹⁾, surrexit a mortuis die tertio, ascendit ad coelos, sedetque ad dexteram tuam, o pater, designavitque diem retributionis, in qua apparebit ad judicandum orbem in justitia et tribuendum unicuique juxta opera sua ²⁾.)”

Video fortasse hic fore, qui liturgias istas revolventes objiciant, verba, post communionem dicenda, ubique obvia, contra testari; hæc enim verba, quæ videantur symboli articulos novissimos de Christo, omni explicationis additamento excluso, continere, satis monstrare, descensum ad inferos, quamvis ad doctrinam ecclesiæ pertinuerit, quod nemo possit dubitare, ideoque in oratione præcedente una cum pluribus, quæ in symbolo non fuerint expressa, commemoretur, ad

1) In versione And. Masii ex recens. syriaca legitur: "Porro postquam descendisset de cruce ad inferos, ut expleret ipse omnia, surrexit." lib. c. T. II, p. 552. In recensione ecclesiæ Orthodoxæ: "Et cum per crucem ad inferos descendisset *ἵνα πληρωσῆ ἕαντες τα πάντα.*" Goar Euchol. p. 142. Ibi hæc oratio incipit: "Cum his beatis potestatibus &c.," ut quoque in liturgia Chrysostomi. Ibid. p. 61.

2) In liturgia Sancti Gregorii ita legimus: Tu qui es sempiternus, venisti ad nos super terram, descendisti in uterum Virginis, Deus incircumscriptus; non rapinam arbitratus es esse æqualem Deo, sed humiliasti te ipsum.... ostendisti mihi rationem resurgendi post lapsum: liberasti eos qui apud inferos detinebantur &c." Renaudot Lit. orient. coll. T. I, p. 29.

symbolum tamen non pertinuisse. Quam objectionem, cum speciem aliquam leviter aut præoccupato animo rem intuentibus præ se ferre videri possit, quamvis apud consideratiores nihil valituram putavi, silentio tamen non prætermittendam esse duxi.

Verba illa hæc sunt, quæ sacerdos post communionem dicere jubetur, prouti in recensione coptica liturgiæ Basilii leguntur: „Memoriam agimus passionis ejus sanctæ, resurrectionis ejus a morte, ascensionis in coelum, et sessionis ipsius ad dexteram tuam, o pater; secundi etiam ipsius adventus terribilis et gloria plenissimi, offerimusque tibi hæc dona ex bonis tuis, pro omnibus, ex omnibus, et in omnibus 1).”

1) Renaudot. Liturg. orient. coll. T. I, p. 15.

In versione Masii eadem oratio ita legitur: „Recolentes igitur etiam nos adventum tuum, Domine, in carne et mortem tuam, sepulturam tuam, atque resurrectionem tuam a mortuis, quæ tertio die contigit, et ascensum tuum in coelum ac sessionem tuam ad dexteram Dei patris, præterea adventum tuum formidabilem et majestatis plenum, in quo judicaturus es orbem terræ cum justitia et populos cum æquitate: supplices, o Domine, tibi sumus &c.” lib. c. T. II, p. 553.

In liturgia Basilii ex recens. Orthod. ita sonat: „Recordantes nos etiam, Domine, salutarium ejus passionum, vivificæ crucis, triduanæ sepulturæ, resurrectionis a mortuis, in coelos ascensionis, a dexteris tuis Dei et patris sessionis, et gloriosæ et terribilis ejus adventus.” Goar Euchol. p. 143.

Liturgia Chrysostomi hæc habet: „Memores igitur salutaris hujus mandati et omnium, quæ pro nobis facta sunt, crucis, sepulchri, triduanæ resurrectionis, in coelos ascensionis, a dexteris sessionis, secundi et gloriosi rursus adventus.” Goar Euch. p. 61.

In liturgia denique Gregorii ita legimus: „Et nunc etiam, Domine, memoriam agimus descensus tui ad terram, mortis tuæ vivificantis, et sepulturæ tuæ triduanæ et resurrectionis a mortuis,” et quæ præterea in recensione coptica liturgiæ Basilii in textu a nobis citata leguntur. Renaudot. Liturg. orient. coll. T. I, p. 31.

Hæc verba, si per se spectaveris, videri quidem poterunt strictim repetere professionem eam, quam oratio communionem præcedens continuerat; verum facile certe concedetur, ea non esse per se spectanda, sed vim et rationem eorum esse dijudicandam, respectu habito partim ad verba in ipso communionis actu proxime præcedentia, partim ad peculiare ipsius sacræ coenæ consilium, ad quod inculcandum animis fruentium præscripta sint. Quibus consideratis satis apparebit, horum verborum oeconomiam esse omnino ab illa ante communionem proferenda fidei professione diversam, neque ullum talem hæc inter et illam interesse nexum, ut de iis, quæ in illa amplius sint, quam in his, statui quidquam possit.

Igitur primo loco hæc verba unice respondent illis proxime præcedentibus verbis, quibus sacerdos retulerat sacræ coenæ, a Servatore inter instituendum prædicatum, consilium: „Quotiescunque manducabitis ex hoc pane et bibitis ex hoc calice, mortem meam annuntiabitis, et resurrectionem meam confitemini, meique memores eritis, donec veniam ¹⁾,” ad quæ populus respondet: „Mortem tuam annuntiamus, Domine, et resurrectionem,” sacerdos autem repetit: „Me-

1) Renaudot. Liturg. orient. coll. T. I, p. 15.

Versio Masii autem habet: „Quotiescunque enim hoc facitis, mortem meam annuntiatis, ac memoriam sepulturæ, resurrectionisque meæ celebratis, donec ego venero.” Ibid. T. 2. 553.

In liturgia Basilii ecclesiæ Orthodoxæ legimus: ”Hoc facite in meam commemorationem. Quotiescunque enim comeditis hunc panem et hunc calicem bibitis, mortem meam annuntiatis, resurrectionem meam confitemini.” Goar Euchol. p. 143.

In liturgia Chrysostomi hæc verba omnino omittuntur, servata tamen, quam citavimus, oratione sacerdotis subsequenti. Goar Euchol. p. 61.

In liturgia Gregorii eadem omnino verba leguntur, quæ in liturgia Basilii. Renaudot. liturg. orient. coll. T. I. p. 31.

moriam agimus passionis ejus sanctæ," et quæ sunt cætera. Deinde in illa oratione, quæ recitari jubetur ante communionem professio continetur omnium eorum, quæ in universum de Christo Servatore fide tenenda sunt, quam non minus cum Eucharistiæ sacramento conjungi voluisse videtur ecclesia, quam cum sacramento baptismi ¹⁾; in his autem verbis post communionem recitandis, ea modo continentur, quæ homines Christiani, ut sacra coena rite et in salutem fruantur, memoria recolere debeant, quæ Christus pro ipsis fecerit, quorumque per sacram coenam participes fiant, quod scilicet propter peccata nostra traditus sit et in justificationem nostram resurrexerit, ita tamen ut non sit obliviscendum, eum, quemadmodum semel venerit salvator, ita denuo venturum esse judicem, fidelibus suis vitam æternam retributurum, illis vero, qui gratiam neglexerint, merita supplicia. Huc pertinere quidem poterat, quam in pluribus liturgiis adjectam vidimus, sepulturæ, quasi veram Christi mortem indicantis, mentio, minime vero descensus ad inferos, quippe cum fructus ejus peculiaris non ad eos pertineret, qui post adventum ejus viverent, fidem ei habentes, sed eos, qui ante adventum ejus in carne vixissent, quorum domicilia adierit, etiam illos sui participes facturum. In illa autem fidei professione, quæ ante communionem recitanda erat, quæque nullum cum sacra coena nexum habebat interiorem, sed totum Christi opus salutare complecti debebat, justum occupare locum censendus est, ideoque ibi receptus esse.

Sed Basilius a. 378 ²⁾ mortuus est, ante Apollinarem Constantinopoli condemnatum, neque indicium exstat, eum aut ultimis suis annis, pullulante Apollinarismo, liturgiam confecisse, aut ad Apollinarem refutandam vim aliquam tri-

1) In canone universali Æthiopum lib. c. T. I. p. 512 et in communi liturg. Syrorum Jacobit. T. II. p. 11 ipsum symbolum Nicæno-Constantinopolitanum recitari jubetur.

2) vide Cave Hist. litt.

buisse dogmati de descensu, cum pauca modo in scriptis ejus occurrant, quæ ad hunc errorem pertineant, neque in illis ulla fiat de descensu ad inferos mentio, quem in universum modo obiter in scriptis suis attingat. Gregorius vero, ut in universum in scriptis suis pauca modo de descensu Domini ad inferos habet, ita omnino non, quod ante illustravimus, ad refutandos Apollinaristas eo usus est. Quare nulla exstat ratio, cur suspicemur, hanc in liturgiis eorum hujus dogmatis commemorationem ullum habere cum Apollinarismo nexum.

Ita, quantum fieri potest, ubi sermo est de antiquitate tam remota, luculenter apparet, ecclesiam ante Apollinarismum vel nullo illius respectu habito, in liturgiis suis, in administranda sacra coena, expressis verbis professam esse descensum Domini ad inferos. Istum vero articulum in hanc professionem irrepsisse, nisi alias etiam ad fidei professionem ecclesiæ pertineret, non facile credendum est. Contra quum exemplis ostenderimus, vestigia ejus antiqua inveniri in symbolis quibusdam et ad Orientalem et ad Occidentalem pertinentibus ecclesiam, et illa exempla argumentum a liturgiis petatum confirmant, et a liturgiis non parum ponderis argumento ab illis exemplis petito accedit. Quibus igitur testimoniis, se invicem confirmantibus, nixi, cum omnia obstant, quo minus origo hujus articuli a lite Apollinaristica repeti possit, jure nostro concludere nobis videmur, descensum Jesu Christi ad inferos in symbolo, quod dicitur Apostolicum, quod in ecclesia Orientali formulæ Nicæno - Constantinopolitanæ cessit, in occidentali autem servatum est, antiquitus fuisse traditum; inde ab autore rerum Thaddæi Edessæ gestarum in narrationem suam illatum esse; inde ab Arianis in fidei formulas suas receptum esse; eam ob rem tantum esse inter patres ecclesiæ autoritatis consecutam de descensu Christi ad inferos doctrinam, ut ex ea Irenæus, Tertullianus, Athanasius, Epiphanius, ceteri adversus suæ quisque ætatis hæreticos disputaverint.

§ 31.

Huc cum perventum esset, cum probasse nobis videremur, articulum nostrum de Jesu Christi ad inferos descensu antiquitus in fidei professione ecclesiæ traditum fuisse, suumque symbolo obtinuisse locum, hæc nostra, qualiscunque est, de ætate hujus articuli disquisitio finita quodammodo videri poterat. Verum, cum in aprico sit, hunc articulum, quamvis antiquitus in symbolo traditum, tamen seriori demum tempore vulgo in recitationibus symboli nobis relictis propositum legi, in accuratiore circa hanc rem disputatione merito desideratum iri, visum est, ut, quantum fieri posset, ostenderetur, quid in causa fuerit, quod temporum successu vulgo suum sibi in symbolo locum vindicaret. Quam quæstionem quamquam testimoniis argumentisque historicis omnino certis dirimi non posse videremus, tamen quia nonnulla se nobis obtulerant, quæ conjecturam per se haud improbabilem, ejus nemini in mentem venisse miramur, commendarent, non omnino prætermittendam duximus. Atque hic quidem, quamquam commemorare possemus indolem temporum seriorum ab antiquitate diversam, quibus videlicet illa, quam in exemplis non minus Augustini quam Epiphaniï ostendimus, in tractando symbolo, libertas anxiori cessisset forma stabili omnia constringendi singulaque verba ubique premendi curæ, in quo momento, si nulla alia hujus rei explicandæ ratio inveniretur, subsistere cogere-mur, negari tamen non potest, futurum esse, ut multo magis satisfaceret studio nostro indagandi peculiarem phænomeni ejusque, sive in historia, sive in ipsa rerum natura obvii, causam ac rationem, si exhibere possemus vel hæresin aliquam vel doctrinam ecclesiæ Catholicæ recentius ortam, et quidem eo utique tempore propagatam, quo articulus de descensu ad inferos vulgo exhiberi inciperet, eandem vero tali cum doctrina de descensu tamque naturali nexu conjunctam, ut per illam hæresin vel doctrinam ecclesiæ novum omnino pretium, nova vis et gravitas huic

articulo accessisse merito existimari posset. Jam vero post Apollinaristicam cæterisque de Christi naturis lites nulla, quantum nos judicamus, exorta est hujusmodi hæresis, sed nova excogitata est doctrina et in ecclesia Catholica recepta, cui hunc effectum, ut nobis quidem videtur, rationibus satis probabilibus ducti, adscribere non dubitamus, doctrina nimirum de *purgatorio*, quam, præeunte Gregorio Magno, ab initio inde seculi in ecclesia traditam septimi et seculis sequentibus sensim excultam esse constat. In promptu erit omnibus, opinamur, quam arctus intersit inter dogma de descensu domini et dogma de purgatorio nexus, quippe cum in tractando statum hominum post hanc vitam intermedium, et liberationem a conditione minus læta transitumque ad meliorem, ad felicitatem speratam, utrumque versetur, eo unice discrimine, ut illud ad homines ante Christum defunctos pertineat, hoc ad homines post Christum diem supremum obeuntes, quodque illis contigerit adventu Christi salutari, id his, ex idea ecclesiæ Catholicæ peculiari sensim efformata¹⁾, mediante ecclesia precibus et eucharistia, procurari doceatur. Ita quoque omnes sine dubio concedent, non facile intelligi, quomodo hæc de liberatione quorundam e statu illo intermedio doctrina oriri potuisset, quæ nullo scripturæ effato commendaretur, nisi iam antea in fide ecclesiæ id fuisset, quod huc trahi posset, sed nihil ejusmodi facile inveniemus præter Christi ad inferos descensum. Quodsi dogma de purgatorio originem quodammodo traxit ex dogmate de Christi ad inferos descensu, inde sequitur, ut per novum illud commentum huic dogmati novum pretium, nova vis et gravitas non potuerit non accedere, quæ ad hunc articulum, in symbolo quidem obvium, sed ante minus accurate expressum et tractatum, nunc pluris æstimandum diligentiusque urgendum conferret.

1) Schliermacher *Der christliche Glaube* I, § 28.

Neque vero hæc nostra conjectura modo rem a priori, ut dicunt, consideranti sese obtrudit, sed variis simul momentis, partim ex historia dogmatum, partim ex historia symboli petitis commendatur. Deprehendimus enim, ut ad historiam dogmatum primum nos convertamus, eo tempore quo dogma de purgatorio circumferri coeptum sit, doctrinam de descensu Christi ad inferos pluribus nominibus aliter traditam atque ab ecclesia antiqua tradita fuisset, et quidem ita mutatam, ut cum dogmate illo recentiore conveniret. In dogmate de Christi ad inferos descensu imprimis quaritur, quo descenderit, sive de notione inferni, porro qua de causa descenderit, quo consilio descenderit, quidque effecerit; in his omnibus quæstionibus solvendis seriores ecclesiæ doctores ita a patribus antiquioribus discedunt, ut luculenter appareat, quantam in hoc dogma tractandum vim exercuerit commentum de purgatorio. Quod attinet ad primam quæstionem, in doctrina ecclesiæ antiquioris fuerat, ut infernum tamquam omnium defunctorum, piorum pariter atque impiorum, modo loco et conditione invicem disjunctorum, diversorium commune, ubi detenti judicium exspectarent, illi felicitate modo non perfecta fruenter, hi dolores cruciatusque patientes, describeretur, neque ullus rectâ viâ in coelum aditus patere putaretur cuiquam nisi martyribus, constantia sua hanc præ sorte humana vulgari prærogativam promeritis ¹). Deprehenditur

1) *Justinus Martyr dial. c. Tryph.* p. 223, ed. paris. τας μὲν τῶν εὐσεβῶν (sc. ψυχῶν) ἐν κρείττονι ποίῳ χωρῶ μὲνειν, τὰς δὲ ἀδικῶν καὶ πονηρῶν ἐν χειρόνι, τὸν τῆς κρίσεως ἐκδεχόμενας χρόνον. *Irenæus adv. hæres.* L. V. c. 31 vide § 17. *Tertullianus de anima* c. 58. Omnes ergo animæ penes inferos, inquis? Velis ac nolis, et supplicia jam illic et refrigeria; habes pauperum et divitem.... Cur enim non putes, animam et puniri et foveri in infernis interim cum expectatione utriusque iudicii? semper autem exspectat anima corpus. *De resurrectione carnis* c. 43. Nemo enim peregrinatus a corpore statim immoratur penes Dominum, nisi ex martyrii prærogativa. *Lactan-*

quidem imprimis a seculo 4^{to} inconstantia aliqua in sermone patrum præcipue Occidentalium hac de re, non ejusmodi solum, ut conditionem post Christum morientium feliciorē describant, quam eorum, qui ante Christum mortui erant ¹⁾),

tius Institut. Lib. VII, c. 21. Nec tamen quisquam putet, animas post mortem statim judicari; omnes in una communique custodia detinentur, donec tempus adveniat, quo maximus iudex meritorum faciat examen. *Hilarius Tract. in Ps. 2. n. 48.* Tempus vero mortis habet interim unumquemque suis legibus, dum ad iudicium unumquemque aut Abraham reservat aut poena. *Tract. in Ps. 138 n. 22.* Humanæ ista necessitatis est, ut, consepultis corporibus, ad inferos animæ descendant. *Gregorius Nyssenus de anima et resurr. πρὸ ἐκείνο το πολυθρόλλητον τς ἀδς ὄνομα... εἰς ὃ παντες οἰονται καθάπερ δοχειον ἐνθενδε τας ψυχας μετανισασθαι; Ambrosius de bono mortis c. 10 n. 47.* Ergo dum exspectatur plenitudo temporis, exspectant animæ remunerationem debitam. Alias manet poena, alias gloria; et tamen nec illæ interim sine injuria, nec istæ sine fructu sunt. *Hieronymus Comm. in Hos. L. III, c. 13.* Mors est, qua anima separatur a corpore, infernus locus, in quo animæ recludantur sive in refrigerio sive in poenis pro qualitate meritorum. *Augustinus Enarr. in Ps. 36 sermo 1.* Post vitam istam parvam nondum eris, ubi erunt sancti, quibus dicetur: venite, benedicti Patris mei, percipite regnum, quod vobis paratum est ab initio mundi... Sed jam poteris ibi esse, ubi illum quondam ulcerosum pauperem dives ille superbus vidit a longe requiescentem. In illa requie positus certe securus exspectas iudicii diem, quando recipias et corpus, quando immuteris, ut Angelo æqueris. *Liber de VIII Dulcissimi quæstionibus n. 4.* Tempus autem, quod inter hominis mortem et ultimam resurrectionem interpositum est, animas abditis receptaculis continet, sicut unaquæque digna est, vel requie vel ærumna, pro eo, quod sortita est in carne, dum viveret.

- 1) *Hieronymus Ep. ad Helioid* Qvis ante te (Christum) miserior homine, qui æterno mortis terrore prostratus, vivendi sensum ad hoc tantum acceperat, ut periret?..... Si Abraham, Isaac, Jacob in inferno, quis in coelorum regno?.... Quodsi Laza-

sed ita etiam, ut imprimis in literis consolatoriis piorum post mortem conditionem tali modo describant, ut dubii relinquamur, anne in coelum eos iam receptos sibi finxerint scriptores ¹⁾. Sed quamvis notio vocis inferni sensim in deterius abiisse videatur, ut paradisum non bene sibi cogitare possent in inferno situm, ideoque existimarent, pios supra inferna evectos in alium quendam locum felicitatis transire ²⁾, tamen immutata mansit persuasio de statu quodam intermedio etiam piis destinato ³⁾. Licet denique hic illic a patribus commemoretur purgatio quaedam igne efficienda, hæc tamen neque ad statum intermedium defunctorum in univ-
sum pertinere, neque piorum beatitudinem minuere docebatur,

rus videtur in sinu Abrahæ, locoque refrigerii, quid simile infernus et regna coelorum? Ante Christum Abraham apud inferos, post Christum latro in paradiso.

- 1) *Hieronymus Ep. ad Paulum de habitu Blæsillæ filiæ.* In Jesu autem, id est in Evangelio, per quem Paradisus est apertus, mortem gaudia persequuntur.... Parce quæso tibi, parce filiæ cum Christo jam regnanti.
- 2) *Hieronymus Comm. in Eccles. c. 3.* Et licet aliud videretur dissolvi, aliud reservari, tamen non multum intererat perire cum corpore vel inferni tenebris detineri. cfr. l. c. n. 3. *Augustinus De civ. Dei L. XX c. 15.* Si enim non absurde credi videtur, antiquos etiam sanctos, qui venturi Christi tenuerunt fidem, locis quidem a tormentis impiorum remotissimis, sed apud inferos fuisse, donec eos inde sanguis Christi et ad ea loca descensus erueret, profecto deinceps boni fideles, effuso illo pretio jam redempti, prorsus inferos nesciunt, donec etiam receptis corporibus, bona recipiant, quæ merentur.
- 3) *Augustinus De Genes. ad litt. L. XII c. 68.* Sed si quem movet, quid opus sit spiritibus defunctis corpora sua in resurrectione, si potest iis etiam sine corporibus summa illa beatitudo præberi.... sive ideo, quia inest animæ naturalis quidam appetitus corporis administrandi, quo appetitu retardatur quodammodo, ne tota intentione pergat in illud summum coelum, quamdiu non subest corpus, ejus administratione appetitus ille conquiescat. Cfr. ll. cc. p. 155 n. 1.

sed immediate demum ante iudicium eventura esse, et quidem omnes etiam præstantissimos manere ¹⁾). A seculo septimo, præeunte potissimum Augustino ²⁾), verbis dubiis passim prolatis, infernus tamquam locus tormentorum et damnatis æternis poenis torquendis, et hominibus, qui, quamvis fidei et pietati addictam egissent vitam, non omni tamen sorte terrestri mundati essent, variis cruciatibus purgandis assignatus sensim describi coeptus est, cum pii perfectiores, tali purgatione haud indigentes, recta via in coelum pergere putarentur ³⁾). Causam deinde, cur Christus ad inferos descendisset, ecclesia antiqua docuerat in sorte hominum communi, quam subisset Christus, quærendam esse ⁴⁾): quam ra-

-
- 1) *Gregorius Nyssenus De anima et resurrectione passim. Ambrosius In Ps. 38. n. 11.* Unde et justi in Abrahæ sinu requiescere leguntur, quod in ejus gratia, in ejus requie, in ejus placiditate requiescant, qui conformem ei induerint fidem, et eandem in bonis operibus fecerint voluntatem. *In Ps. 118 ad lit. 7 n. 14 sqq.* Est etiam baptismum in paradisi vestibulo, quod antea non erat... quo purificentur, qui in paradysum redire cupiebant, ut regressi dicerent: transivimus per ignem et aquam.... Et si aliquis sanctus ut Petrus sit, ut Johannes, baptizatur hoc igni. *Augustinus De civit. Dei L. XX, c. 25.* Ex his quæ dicta sunt (Malachiæ verbis: Qvis sustinebit diem introitus ejus?) videtur evidentius apparere, in illo iudicio quasdam quorundam purgatorias poenas futuras.
 - 2) *Epist. ad Euod. n. 7.* Ne ipsos quidem inferos uspiam scripturarum in bono appellatos potui reperire. Cfr. *Ep. ad Dardan. et sæpius.*
 - 3) *Gregorius Moral. Lib. IV. c. 29.* Mox quippe ut a carnis colligatione exeunt, in coelesti sede requiescunt.
 - 4) *Irenæus et Tertullianus, II. ce. § 17; Hilarius Tract. in Ps. 53 n. 14.* Ad explendam quidem hominis naturam, etiam morti se, id est discessioni se tamquam animæ corporisque subiecit, et ad infernas sedes, id quod homini debitum videtur esse, penetravit. Cfr. *in Ps. 138 n. 22. Augustinus Ep. ad Dard.* Homo quippe Christus illo die secundum carnem in sepulcro,

tionem tacite omnino prætermittunt recentiores. Porro, si quærimus de consilio Christi ad inferos descendentis, antiquiores docuerant, eo consilio Christum illuc descendisse, ut quemadmodum ad salutem generi humano parandam omnes vices humanas, quas oporteret hominem peccato corruptum obire, ita etiam mortem obiret, quo mortis dominio resurgens homines liberaret 1); ut omnes sui compotes faceret verus ille generis humani medicus 2); ut defunctos morte

secundum animam in inferno futurus erat. Cfr. etiam ea, quæ hac de re in lite Apollinaristica a patribus disputata sunt.

1) *Origenes Homil. VI in Exod.* Et propterea Dominus noster descendit non solum usque ad terras, sed usque ad inferiora terræ, et ibi nos invenit devoratos et sedentes sub umbra mortis, et inde educens non jam locum terræ, ut iterum devoraremur, sed locum præparat nobis regni coelorum. *Eusebius Demonstr. evang. L. VIII, c. 1.* Ἐπι το των ἐχθρων κατχει χωριον, αὐτος ζωη τυγχανων, θανατον καταλυσων. *Ambrosius in Ps. 118 ad lit. γ n. 42.* Propter te Christus dominio mortis se subdidit, ut te jugo dominationis exerueret. Ille suscepti mortis servitutem, ut tibi tribueret vitæ æternæ libertatem. Cfr. etiam quæ in hunc sensum in lite Apollinaristica disputata sunt.

2) *Justinus Martyr Dial. c. Tryph. p. 298.* Ἐμνησθη δε Κυριος ὁ θεος ἀπο Ισραηλ των νεκρων αὐτες των κεκοιμημενων εἰς γην χωματος, και κατεβη προσι αὐτες εὐαγγελισασθαι αὐτοις το σωτηριον αὐτες. *Clemens Alex. Strom. L. VI. 637 sqq.* de universalitate salutis per Christum parandæ locutus, postquam dixit etiam apud inferos evangelium prædicari oportuisse, ita concludit: τι ἐν; ἐχι και ἐν ἄδς ἡ αὐτη γεγονεν οἰκονομια; ἵνα κκει πασαι αἱ ψυχαι, ἀκυσασαι τς κηρυγματος, ἢ την μετανοιαν ἐνδειξονται, ἢ την κολασιν. δικαιαν εἶναι, δι' ὧν ἐν ἐπιτευσαν, ὁμολογησωσιν; *Origenes Comm. in libr. Reg. ed. Huet. I, p. 32 sqq.* Χριστος ἐν ἄδς; ... ὁ σωτηρ κατεληλυθε σωσων ... τι ἀτοπον ἐστι τς ἰατρς καταβαινειν προς τς κακως ἔχοντας; τι δε ἀτοπον ἐστι, ἵνα και ὁ ἀρχιατρος κατεβη προς τς κακως ἔχοντας; *Basilius Magnus Homil. in Ps. 44, 9.* ἀλλὰ κατελθειν εἰς ἄδς της περι την ἀνασασιν οἰκονομιας εἵνεκεν, ἵνα πληρωση ἑαυτες τα συμπαντα. *Cyrillus Hier. cat. 4. v. § 27.* *Eriphanius Hom. in sep. Chr.*

detentos in libertatem educeret 1); recentiores vero, philosophandi studio relicto, commentis suis omnino convenienter, cum in purgatorio nihil mereri, sed luendo unice justitiæ satisfacere posse statuerent defunctos, duo priora omittunt, postremum solum retinent. Si denique sermo est de iis, quæ apud inferos effecerit, gravissima in his se prodit dogmatis mutatio, ut cum doctrina de purgatorio congruat; nam cum sec. 2^{do} Tertullianus tamquam errorem notasset eorum commentum, qui dicerent, ideo Christum ad inferos descendisse, ne nos descenderemus 2); sub finem sec. 6^{ti} Gregorius Magnus hanc sententiam, tum erroneam habitam, ut doctrinam

μαθωμεν, πως και τοις εν ἄδς ἐπεφανη το κρηγμα. *Hieronymus Comm. in Eph. c. 4.* Descendit quoque ad inferos et ascendit ad coelos, ut impleret eos, qui in illis regionibus erant, secundum id, quod capere poterant.

- 1) *Ignatius Ep. ad Trall. c. 9.* Και κατηλθεν μονος, ανελθεν δε μετα πληθς. *Origenes Hom. 15 in Gen.* In fine sæculorum unigenitus filius ejus pro salute mundi usque ad inferna descendit et inde protoplastum revocavit. *Eusebius Demonstr. evang. L. IV. c. 12.* τας εξ αιωνος πυλας των σκοτιων μυχων διαρρηγνυς, και τοις αυτοθι νεκροις, σειραις θανατς πεπεδημενοις, παλιτροπον της επι την ζωνη ανοδς την πορειαν ποιςμενος. *Cyrillus Hieros. cat. 14 c. 9.* κατηλθε εις τον θανατον, και πολλα σωματα των κεκοιμημενων αγιωη ηγεσθη δι' αυτς. *Basiliius Magnus Hom. in Ps. 48. 19,* σαφως προφητευει την τε κωρις καθοδον εις ἄδς, ὅς μετα των ἄλλων και αυτς λυθρωσεται τς προσηιτς την ψυχηη, ὡς μη εναπομειναι ελει. *Eriphaniius Homil. in sep. Chr. passim.* *Ambrosius in Ps. 43 n. 84.* Dominus autem non in cetum, sed in infernum descendit, ut et illi, qui in infernis erant, a perpetuis vinculis salvarentur. Denique plerique etiam resurrexerunt. *Hieronymus in Dan. c. 3.* Qui ad fornacem descendit inferni, in quo clausæ et peccatorum et justorum animæ tenebantur, ut absque exustione et noxa sui eos, qui tenebantur inclusi, mortis vinculo liberaret. *Augustinus De civ. Dei L. XVII c. 11.* Quo propter quorundam solvenda inferni vincla descenderat.

- 2) *De anima c. 55.*

ecclesiæ vindicabat ¹⁾); cumque ecclesia antiqua docuisset salutem descensu Christi ad inferos paratam, quamquam proxime tribueretur patribus sanctis, qui eum fide exspectassent, tamen ad omnes omnino defunctos pertinere, qui illum etiam ibi apparentem fide excepissent ²⁾), Gregorius Magnus

1) *Isidorus Hispal. Lib. Sentent. I, c. 14.* Sancti ex tempore resurrectionis Christi, statim ut de corpore exeunt, mox ad coelestem habitationem ascendunt, quod antiquis patribus non dabatur. *Gregorius M. Moral. L. IV, c. 29.* Mox quippe ut a carnis colligatione exeunt, in coelesti sede requiescunt... Prius autem quam Redemptor noster morte sua humani generis poenam solveret, eos etiam, qui coelestis patriæ vias sectati sunt, post egressum carnis inferni claustra tenuerint, non ut poena quasi peccatores plecteret, sed ut eos in locis remotioribus quiescentes, quia necdum intercessio Mediatoris advenerat, ab ingressu regni reatus primæ culpæ prohiberet... Unde et idem Redemptor noster pro nostræ culpæ debito occumbens, inferna penetrat, ut suos, qui ei inhæserant, ad coelestia reducat. Sed quo nunc homo redemptus ascendit &c. *Moral. L. XIII, c. 43.* Sed ecce, quia auctoris nostri gratia redempti sumus, hoc jam coelestis muneris habemus, ut cum a carnis nostra inhabitatione subtrahimur, mox ad coelestia præmia deducamur; quia dum conditor ac redemptor noster claustra inferni penetrans electorum exinde animas eduxit, nos illo ire non patitur, unde jam alios descendendo liberavit.

2) *Clemens Alex. Strom. VI, p. 637 sqq.* ubi ut ante monuimus consilium descensus in universalitate redemptionis petendum esse docet, oportere non solis Hebræis sed omnibus prædicari evangelium aut per Jesum ipsum, aut saltem per Apostolos ejus. *Origenes contra Celsum Lib. II.* γυμνη σωματος γινόμενος ψυχη, ταις γυμναις σωματων ὁμιλεῖ ψυχαις, ἐπιστρέφων κακίωνων τας βελομενας προς αὐτον, ἢ ἄς ἐώρα, δε' ἐς ἡδεῖ αὐτος λογος, ἐπιτηδειοτερως. *Hilarius in Ps. 118 Lib. XI, n. 2.* Descendente in inferna Domino, etiam his, qui in carcere erant, et increduli quondam fuerunt in diebus Noe, exhortationem prædicatam fuisse. *Epiphanius Homil. in sep. Chr.* παντας ἀπλως σωζει ἐπιφανεις ἐν ἀδη θεος; ἐμι, ἀλλα κακει τες πιευσαντας. *Hieronymus Comm. in Jon. c. 2.* Et postea etiam in inferna pene-

et posteriores plerique, sicuti omnes, qui non baptismo fuissent hac in vita Christi participes facti, irreparabiliter damnatos ne purgatorium quidem adire posse docebant, ita salutem per descensum Christi ad inferos paratam ad solos illos sanctos patres restringebant ¹⁾, gravem metuentes hæresin,

travit, ad quæ loca, quasi in extremo limo peccatorum animæ tenebantur... ad montium extrema descendit et æternis conclusus est vectibus, ut omnes, qui clausi fuerant, liberaret. *Augustinus De Gen. ad lit. XII, n. 63.* Et Christi quidem animam venisse usque ad ea loca, in quibus peccatores cruciantur, ut eos solveret a tormentis, quos esse solvendo occulta nobis justitia judicabat, non immerito creditur. — Et quamvis ille, ut et Philastrius, tamquam hæresin notavit eorum sententiam, qui dicerent, omnes omnino inferni incolas esse descendente Christo liberatos, tamen in *Epistola ad Eudium n. 4*: "verum quinam isti sint, inquit, temerarium est definire. Si enim omnes omnino dixerimus tunc esse liberatos, qui illic inventi sunt, quis non gratuletur, si hoc possimus dicere." Nec non inter dubia sua in locum *1 Pet. 3, 19* hoc quoque profert, quomodo, si Noachitis prædicaverit, mirum non ita prædicaverit tot millibus, qui post tempora Noachi in Deum non crediderint. *Ep. ad Euod. n. 2.*

- 1) *Gregorius M. Moral. L. XII c. 15.* Non enim ab inferno rediens Dominus, electos simul et reprobos traxit, sed illa exinde omnia sustulit, quæ sibi inhæsisse præcivit. *Epist. Lib. VII ep. 15.* Quia descendens ad inferos Dominus illos solummodo ab inferni claustris eripuit, quos viventes in carne per suam gratiam in fide et bona operatione servavit... Nam trahi ad Deum post mortem non potuit, qui se a Deo male vivendo separavit. *Cfr. Moral. L. XXIX c. 12. Homil. in Ev. II. hom. 22, c. 6. Isidorus Hisp. Lib. Sent. I. c. 12.* Nam ante adventum Salvatoris, quamquam sine poena supplicii, tamen non in coelo, sed in inferno sanctorum animæ tenebantur, pro quibus absolvendis Dominus in infernum descendit. — Ita recentiores omnes, v. c. *Alexander Hales., Thomas Aquin., Joh. Gerson, Bellarminus,* ceteris omnibus exclusis, liberationem restringunt ad solos patres sanctos, et si qui fuerint in purgatorio liberatione digni.

si quis dicere auderet, omnes omnino inferni incolas descendente Domino liberatos esse¹⁾. Cæterum quam arcte doctoribus ecclesiæ serioribus dogma de purgatorio cum dogmate de Christi ad inferos descensu conjunctum fuerit, non inde solum apparet, quod terminologiam ad illud pertinentem, ad hoc transferebant²⁾, quodque in disputationibus de descensu anxie quærebant, in quam partem inferni descendisset Christus, quos liberasset, num damnatos, num infantes, num in purgatorio versantes³⁾, sed inde etiam magis — unde præcipue illucescit, novam huic dogmati per commentum de purgatorio accessisse gravitatem, et quæ ad articulum de descensu in symbolo magis sollicitè tuendum, neque, ut antea factum erat, passim silentio prætermittendum non posset non conferre, — inde igitur, quod seriores non solum in universum veritatem dogmatis de purgatorio, præter alia scripturæ loca, quæ ex eorum opinione pro eo testarentur, imprimis Matth. 12, 31. 1 Cor. 3, 12-15, illis etiamque locis confirmari volebant, quæ ab antiquioribus de descensu ad inferos explicata erant, ut in ipso descensu Domini ad inferos existentiam purgatorii probatam esse putasse videan-

1) *Gregorius M. Epist. L. VII ep. 15. Zachariæ papæ epist. ad Bonifacium Archiep. Harduini Act. conc. III, p. 1886.*

2) *Anselmus Cantuar. Dial. de pass. Chr. c. 15. Tunc magnum gaudium fuit in limbo, quando anima Christi in infernum descendit, et patres inde liberavit, et limbum destruxit, et infernum obstruxit, ita quod nullus Christianus illuc venire poterit, nisi proprio suo arbitrio. Gerson Comp. Theol. de art. fid. Opp. Tom. 1 p. 238 ed. Antv. 1706. Pertinet ad Redemptionis sacramentum eorum, qui erant in limbo inferni inclusi, secundum quod prophetaverat Zacharias c. 9 ... id est ad limbum, partem scilicet inferni superiorem, quo detinebantur salvandi quousque debitum primi parentis per mortem Christi solveretur.*

3) *Thomas Aqu. Summ. P. III quæst. 52. Bellarminus Controv. II. Lib. IV c. 16.*

tur¹⁾, verum etiam speciale illud hujus dogmatis veluti corollarium, ex quo purgatione facta transitus concederetur animis a purgatorio in coelum, ex illa sanctorum liberatione et in coelum transmigratio, quæ Christo apud inferos apparente facta esset, tueri conabantur²⁾.

Ex Historia igitur utriusque de purgatorio et de descensu ad inferos dogmatis probavimus, tali ea inter se vinculo connexa fuisse, ut alterum altero efformaretur, immo huic illud ita esse superstructum, ut si ab eo inde tempore, quo illud ortum sit novum dogma, articulum de descensu Christi ad inferos in symbolo frequentius quam antea traditum inveniatur, dubitari non possit, quin ea hujus articuli magis vulgaris commemoratio novo illi dogmati sit adscribenda. Quodsi historiam symboli consulimus, non solum invenimus, ut ante § 23 ostendimus, ab exeunte sec. 6^{to} Venantium Fortunatum, amicitiae vinculo cum Gregorio papa conjunctum, et reliquos, qui post hæc tempora vixerint,

- 1) 1 Sam. 2, 6. Ps. 49, 16. 86, 15. 89, 49. Zach. 9, 11. Act. 2, 24. Phil. 2, 10. vide *Joh. Dallæus, De poenis et satisfactionibus humanis* ed. Amstell. 1649.
- 2) *Alexander de Hales Summ. Theol. P. IV qv. 15 membr. 3. art. 4* in resolvenda quæstione, num, facta purgatione sancti statim ad coelum evolent, id asserens: „certum enim est,” inquit, „quod Christus exspoliavit principatus et potestates (Col. 2), ac post hoc constat, sanctos, qui in limbo sunt, ad coelum cum Christo esse sublimes, ac post hoc et omnes justos, qui non habebant reatum poenæ, modo consimili sublimes.. propter nostram indigentiam tollendam statim, cum anima est apta, sublimatur ad gloriam, quia frustra exspectaret, cum non possit amplius mereri.” Referri huc fortasse potest commentum illud fratrum ordinis Minorum, „quod venditabant, morientes in habitu et professione ordinis Minorum ultra annum non passuros in poenis Purgatorii, quoniam beatus Franciscus ex divino privilegio quotannis ad Purgatorium descendat, professoresque omnes sui ordinis deducat secum ad coelum.” *Hard. act. concil. IX. 1191.*

mentionem hujus articuli facere tamquam ad symbolum pertinentis, sed adsunt etiam testimonia, quæ quidem non ostendant neque ostendere possint, Gregorium Magnum articulum de descensu in symbolum ecclesiæ Romanæ intulisse, sed testari videantur, Gregorii tempore eum in symbolo tradendo non eodem atque antea, ut ostendimus, modo prætermisum fuisse, sed Evangelistas Gregorianos, qui ritus ecclesiarum a se conditarum ad formam ecclesiæ Romanæ instituerent, symbolum tradidisse, in quo articulus de descensu non deesset. Ex operibus ipsius Gregorii nullum hujus rei testimonium proferre possumus, quippe cum nullibi, ne in *libro* quidem *Sacramentorum*, symbolum Apostolicum ab eo propositum legatur, fidei enim professio, quam Pontifex Romanus creatus traditur in synodo propositam ad patriarchas et episcopos ecclesiarum Catholicarum cum epistola synodica misisse¹⁾, quæque legitur in Appendice ad Epist. n. 1. Opp. Tom. II, p. 1283, non est symbolum Apostolicum, majorem vero habet cum formula Nicæno-Constantinopolitana similitudinem, quam formulam equidem crediderim aptissimam esse visam, quæ patriarchis Orientis mitteretur ad monstrandum sibi cum iis fidem esse communem, quamquam ne hanc quidem verbo tenus exprimit, ita ut mutationum in ea factarum causam in fastu papali fortasse latere suspiceris. Sed Gregorii tempore in symbolo ecclesiæ Romæ obtinuisse articulum de descensu itemque in symbolo, quod Missionarii Gregoriani in Anglia fidem christianam prædicantes tradiderunt, inde concludimus quod apud Usserium in *diatriba de Romanæ ecclesiæ symbolo Apostolico vetere* p. 6-7, ubi de additamentis, quæ temporum successu symbolum Romanum acceperit, disputat, duo invenimus, quæ ante p. 28 commemoravimus, symboli Apostolici exemplaria, ex antiquo codice descripta, unum latine

1) Vita Gregor. Libr. 2 c. 1. n. 1-2. 4. Opp. Tom. IV p. 218-219 ed. Bened. cfr. Epistol. libr. I. ep. 25.

alterum græce expressum, in quibus articulus de descensu ad inferos legatur, quæ ille autor inter antiquissima censet, quæ hunc articulum habeant, quoniam terminus antiquior: *ad inferna*, εἰς τὰ κατωτάτα, in illis inveniatur, cui in posterioribus ex symbolo Athanasiano substitutus sit terminus: *ad inferos*, εἰς ἄδην vel ἄδς: quæ vero nos ad tempora Gregorii aut proxime sequentia eo minus referre dubitamus, quod hæc quidem symbola autor tradit, se invenisse in codice, cujus titulus esset: *Psalterium Græcum Papæ Gregorii*, in bibliotheca Benedictini apud Cantabrigienses collegii recondito, unde sequitur, ut quamvis scriptura ex judicio Usserii posterior sit ævo Gregorii, textus tamen ad Gregorii ætatem referendus esse videatur.

Accedit ad conjecturam nostram commendandam, quod, quemadmodum ostendimus, in doctrina de Christi ad inferos descensu plura esse doctrinæ de purgatorio convenienter mutata, in his effectum descensus, quem antiquiores ad plures per illum ex inferis liberatos extendissent, ad sanctos patres sensim esse restrictum, ita hic articulus in canonibus conciliorum serioris ævi, qui eum habent, talibus adjectis legitur verbis, quæ eundem particularismum indicent. Ita v. c. in Actis concilii Toletani IV, a. 633 habiti, can. 1^{mo} legitur: "descendit ad inferos, ut sanctos, qui ibidem tenebantur, erueret, devicto que mortis imperio resurrexit" ¹⁾; in canone 1^{mo} concilii Toletani XVI, a. 693 habiti, legitur: "tartara penetravit in anima et sanctorum animas, quas illic hostis vinctos tenebat, morsu potentia suæ exemit, ut prophetale vaticinium inquit: o inferne, ero morsus tuus ²⁾;" ita denique in epistola synodica concilii Arelatensis VI, a. 813 habiti, eadem, quæ in canone conc. Tolet. IV, verba leguntur ³⁾. In symbolis vero synodorum antiquiorum, quæ hunc articu-

1) Act. concil. Harduini T. III p. 579.

2) Ibid. T. III p. 1792.

3) Ibid. T. IV p. 1003.

lum receperunt, illorum nimirum Arianorum, quas § 25 citavimus, quamquam effectus verbis additis indigitatur, non ita tamen circumscriptus sistitur, sed in formula Sirmiensi universale illud occurrit: *και τα ενεισε οικονομησαντα*, in Nicensi: *ον αυτος ο αδης ετρομασε*, in Constantinopolitana: *οντινα και αυτος ο αδης επτηξεν*. Idem valet de professione illa hujus articuli, quæ in liturgia S. Basilii invenitur, a nobis § 30 citata, cujus in recensione Orthodoxa *ινα πληρωση εαντε τα παντα*, et in versione Andreae Masii, *ut expleret ipse omnia*, legitur, nec non de professione ejus in liturgia S. Gregorii ibidem citata, in qua legimus: *liberasti eos, qui apud inferos detinebantur*, in quibus omnibus nullum illius, qui seriori demum tempore irrepsit, particularismi vestigium apparet, cum doctrina de purgatorio, ut ante ostendimus, arctissime conjuncti.

Hisce igitur argumentis ducti non dubitandum existimamus, quin doctrina de purgatorio præcipue contulerit ad articulum de descensu vulgo in symbolo Apostolico exhibendum. Qua conjectura assumpta, duæ etiam res in facto positæ facilius explicabuntur, quarum altera hæc est, quod etiam post sec. 6^{um} non raro, ut ante § 23 ostendimus, hic articulus in symbolis desideretur, quippe cum etiam sensim demum doctrina de purgatorio vulgari consensu recipe-retur; altera, quod permulti theologi Protestantes, imprimis ecclesiæ Reformatæ, non solum, præeuntibus Calvino et Beza, realem omnino rejicerent Domini ad inferos descensum, ad quam sententiam etiam Lutherus aliquamdiu accessisse videtur¹⁾, sed etiam contra clara antiquitatis testimonia copiosis libris ostendere tentarent, ne antiquos quidem patres realem Christi ad inferos descensum docuisse, ex. c. Hugo Sandford et Robertus Parker in libro immensa cum doctrina hoc consilio exarato, cujus titulus est: *De descensu Domini nostri Jesu Christi ad inferos*. Amstell. 1611, et Joh. Dallæus

1) Auslegung der 1 Ep. St. Petri, a. 1523 ed.

in libro *de poenis et satisfactionibus humanis*, Amstell. 1649, contra Bellarmini de purgatorio libros conscripto, quippe cum sequelas illas, quas ex descensu ad inferos ad commentum de purgatorio confirmandum eruerent Catholici, detestantes, ut fit, toti huic doctrinae infensi vera cum falsis rejecisse videantur. Quibus observatis supervacuum fere erit monere, nos, quamquam erroneam illam de purgatorio doctrinam ad articulum de descensu Christi ad inferos in symbolo vulgo exhibendum praecipue contulisse non dubitemus, ideo non censere, aut hunc articulum minus recte in symbolo retineri, quippe cui, errore illo longe antiquiori, non minorem quam caeteris articulis tribuendam esse antiquitatem ostenderimus, aut ipsam de descensu doctrinam, licet illi errori ansam praebuerit, minoris esse aestimandam, cum potius, non solum ab antiqua ecclesia traditam, verum etiam effatis scripturae satis comprobatae justum sibi hanc doctrinam in theologia christiana locum vindicare, et realem Domini ad inferos descensum cum illis, quae vel sacra scriptura vel philosophia nos de statu hominum post mortem doceat, optime convenire nobis persuasissimum sit, id quod, Deo volente, alio tempore copiosius exponendum nobis sumemus.

APPENDIX.

ENARRATIO IN SYMBOLUM APOSTOLORUM

CUI TITULUS IN CODICE

INCIPIIT SANCTI ATHANASII DE SYMBOLO.

Una fides, sed non in omnibus fidei una mensura est. Sic et in illa eremi via, cum divinæ virtutis indultu populus angelico cibo aleretur, non erat omnibus manna, quod manna est; sed aliis cælestem saporem incorrupta suavitate custodientibus, viles quidam pepones, et tristem cæparum acrimoniam Ægyptia cruditate eructuabant: sicque in unoquoque eorum erat non gratia accepti muneris, sed propriæ desiderium voluptatis. Securus itaque de instituti tui indole, manna hoc nostrum cælestibus ferculis defero, confidens in Domino nostro Jesu Christo, quod is, qui coepit te cibis suis alere, perseverantis saporis perpetem gratiam tibi tribuat: quoniam, quamvis velle nostrum sit, perficere tamen sine illo non invenimus.

Credo in Deum: Initium sacramenti confessione credulitatis imbuitur ut, per hoc immensitas Dei, qua ¹⁾ comprehendi humanis sensibus non potest, adprobetur. Fidei enim secreto recondendum est, quod capacitatem æstimationis excedit.

Credo in Deum. Hic est Christiani nominis titulus, hic humani fructus officii, duo in famulatu Dei, quæ

1) l. quæ conj. Blanch.

principalia in nobis habemus, offerre; cordis fidem, et oris confessionem: quia corde creditur ad justitiam; ore autem confessio fit ad salutem.

Credo in Deum. Hoc est, quod illum gentium patrem ab æterno ¹⁾ vitæ prioris exemit, hoc, quod multiplicationem immensi seminis fideli sponsione firmavit; hoc, quod justitiæ præmio manente usque ad nos mercedem transmisit, sicut legimus. *Credidit Abraham Deo, et reputatur ei ad justitiam.*

Credo in Deum Patrem. Dei nomini paternum connectitur sacramentum: inane enim erat et vacuum, Deum sine paterno vocabulo credidisse. Hoc et gentes noverunt, et Dæmones confitentur: nobis autem, quibus vita æterna promittitur, salutare mysterium publicatur, ut credamus non in Deum tantum, sed in Deum Patrem; quod et Patris nomen generale est sine Deo, et Dei virtus minus clara sine Patris nomine; ac per hoc sine alterutro, et eo utroque connexo, fundari non potest fides, nisi et paterna generatio vim deitatis teneat, et majestas deitatis sacramentum paterni nominis non omittat.

Credo in Deum Patrem. Confessio, quæ patrem signat, statim confitetur et filium: vacat enim sine alio aliud nomen; quia nomen Patris est Filius. Nemo, sine generationis fide, appellat auctorem; quia gignentis nuncupatio, natura nascentis est: ac sic nullum inter alterum ²⁾ gradum credas, cum utrumque in uno cognoscas.

Credo in Deum Patrem: Catholicæ fidei claram confessionem! Nullum interstitium inter Deum et Patrem ponitur, nulla intercapedo servatur: utriusque nominis natura conjuncta est. Ut Deum credimus, confitemur et Patrem; connexorum vocabulorum tempora nescientes: quia paternæ appellationis nuncupatio, a Dei confessione non distat. Si

1) I. veterno. conj. Blanch.

2) I. inter alterutrum. conj. Blanch.

quis Deum non æternum novit, Patrem æstimet non æternum.

Credo in Deum patrem. Hoc ipsum ¹⁾, quod ordo verborum, quamvis connexionem conjuncta, Deum nominat, antequam Patrem, incorruptæ fidei laudabile continet argumentum; ne quis prævæ æstimationis errore non ad unum omnia æstimet referri debere principium. Nam cum Deum dicimus primitus, et patris nomen Dei nomini non avellimus; unum quidem auctorem prodimus, sed eum, qui ex auctoritate est, coæternum fatemur auctori.

Credo in Deum Patrem. Prejudicatum tenetur hoc confessionis exordio, ut Filium Deum credat, qui Deum Patrem se confessus est credidisse; quia generi suo cælestis natura respondet; nec simile ²⁾ sibi potest esse, quod suum est. Humana tantum conditio et degenerationem respicit, et profectum. Cæterum, qui ex Deo Patre nascitur, non potest Filius esse, nisi Deus sit.

Credo in Deum Patrem omnipotentem. Quæ enim alia natura ret ³⁾. Sed quamvis peccato esset libera; non tamen alia haberetur, quam quæ posset esse peccatrix.

Ex Maria virgine. Honor materni sexus incorruptæ Virginitatis professione monstratur, ne divisus esset homo et Deus; quamvis habens utriusque status plenitudinem crederetur. Sed quamvis homo nasceretur ex Maria, Dei tamen virtus probaretur ex Virgine; ut et fides generis maneret in carne, et potentia majestatis appareret in incorruptione.

Qui sub Pontio Pilato crucifixus est, et sepultus. Sequitur virginis partum in confessione nostra, iudicium, crux, sepultura; ne Deus gestans hominem, aliquem

1) l. hoc ipso, quod. conj. Blanch.

2) Insectatur hic autor ὁμοιοσιαν Arianorum. not. Blanch.

3) Desunt duæ paginæ abrasæ. not. Blanch.

excusate carnis excitaret errorem, et evacuati homines injecta suspicionis ¹⁾ veritate conferret; sed manente, ac solido, quod judicari, crucifigi, sepeliri possit, redimeret nos in Deo virtus sua ²⁾, nostra substantia.

Descendit ad inferna. Ne in Filio Dei, Deo pleno dubitaretur fuisse hominis plenitudo, insinuat nobis descendisse ad inferna confessio: vacaret enim tanti mysterii gratia, si caro solum inanima, id est quæ animam non haberet, cruci fuisset affixa. Nam ejus præmii Christus Dominus noster posset nobis imputare mercedem, si nihil in illo fuisset, quod aut doloris sensum haberet, aut mortis; cum ab utroque eorum et majestas Domini, et carnem insensibilitas vindicaret.

Die tertio resurrexit a mortuis. Post creditum ad inferna descensum resurrectionis celeritatem fatemur, ne reliquisse assumptum hominem Deus vel apud inferos putaretur, cum supradictam sedem ille adiisset conditione mortis, iste potestate virtutis suæ: quique ³⁾ naturæ partibus functus, ille legem infirmitatis complens, hic potentiam resurrectionis ostendens.

Ascendit in caelos, ne alium Christum in Filio Dei, alium in hominis Filio putaremus: quamvis distantiae fidem distincta natura. Sic ubique conjungitur ⁴⁾, ut una in sensibus nostris utraque teneatur. Christus ad inferna descendit, sed Deum mortis conditio non attingit. Christus ascendit in caelos, sed hominem divina non respuunt.

Sedet ad dexteram Patris: non novam putare debemus, aut subitam istam in Filio Dei gloriam, quam se, et apud Patrem semper, et ante sæcula, sicut et in Evange-

1) l. *excusatae* (o: *recusatae*, non *assumptae*) *carnis... et evacuati hominis injectas suspensiones.* conj. Blanch.

2) l. *sub.* conj. Blanch.

3) l. *quisque.* conj. Blanch.

4) l. *quamvis* (o: *omnem*) *distantiae fidem distincta natura sic ubique conjungit, ut &c.* conj. Blanch.

lio legimus, propriæ vocis testimonio profitetur habuisse, sed in eo nunc Filius hominis delatæ sedis honore donatur, quem ideo in omnibus humanis passionibus non reliquit, ut istam clarificationem divinam dignitatis adveheret. Denique ut hujusmodi intelligentiæ secretum humanos possit sensus intrare, sedere ad dexteram Patris Filium confitemur; cum immensitatem Dei nec corporalitas definiat, nec localitas comprehendat.

Inde venturus judicaturus de vivis, et mortuis. Venturi quoque ad judicandum potestas, quamvis Filium Dei Deum designet manentem; tamen in eo intelligentiam Filii hominis non reliquit. Quamvis enim scriptum legamus, in Paterna eum claritate venturum; tamen et illud divinis eloquiis proditur; *et videbunt in quem conpunerunt.* Ipsa enim potestas de vivis et mortuis judicandi, utramque naturam una cum claritate collectam¹⁾ Christo mediatore, testatur; quia vivos judicare et homo potest, mortuos ad iudicium exhibere, nisi Deus, non potest.

Credo in Spiritu sancto. Quod post tantorum mysteriorum confessionem nunc in fidei nostræ sacramento Sanctum Spiritum confitemur, non injuriosa imminutio Deitatis est, sed Catholicæ fidei cauta præscriptio; ne forte, si prius confessio Sancti Spiritus fuisset inserta, Personarum aliqua confusio crederetur, quas sub unius Deitatis majestate discretas, humana salus est credidisse; quia in Sacramento æternæ spei Pater, et Filius, et Spiritus Sanctus ita tres personæ sunt, ne tres Dii sint; ita Deus unus est, ne una persona sit. Hoc Christus Apostolis tradidit, hoc nobis Apostoli tradiderunt: hæc enim sunt salvatoris ascensuri ad cælum poene ultima ad totius doctrinæ conclusionem dicta: *Ite, baptizate gentes unguentes eas in nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti:* ut unius nominis significatio unum Deum traderet; tres vero personas conjunctio adjecta

1) Supple *in. not. Blanch.*

disjungeret. Videamus nunc, an fideles Discipuli accepta servarint. Respondeat nobis pro cunctis Joannes, qui in pectore Domini nostri familiariter recubans, totius doctrinae potuit arcana cognoscere; qui, quod reliqui Apostoli scire cupiant, Dominum solus interrogat; qui comprehenso Domino atrium Sacerdotis non negaturus ingreditur; cujus suscipiente te Matris Vicarius affectus a Domino diligitur ¹⁾); qui ad monumentum Domini etiam Petrum festinus antevenit. *Tres sunt, inquit, qui, testimonium perhibent in caelo, Pater, Verbum, et Spiritus, et ii tres unum sunt.* Nonne post haec, nobis hujusmodi fidem et mors est perdere, et salus est custodisse. Subjungitur denique in *Sanctam Matrem Ecclesiam*, ut illa una Ecclesia sancta apud nos habeatur, et Mater, quam in Apostolis Domini doctrina constituit. Amen. Explicit.

1) *l. cujus suscipientis et Matris vicarius affectus a Domino delegatur.* conj. Blanch.

The first part of the paper discusses the general principles of the theory of the mind, and the second part discusses the application of these principles to the study of the human mind. The author argues that the mind is a complex system of organs, and that the study of the mind should be based on a knowledge of the anatomy and physiology of these organs. He also discusses the importance of the study of the mind in the development of the individual, and the role of the mind in the formation of the social order.

The author also discusses the importance of the study of the mind in the development of the individual, and the role of the mind in the formation of the social order. He argues that the mind is a complex system of organs, and that the study of the mind should be based on a knowledge of the anatomy and physiology of these organs.

The author also discusses the importance of the study of the mind in the development of the individual, and the role of the mind in the formation of the social order. He argues that the mind is a complex system of organs, and that the study of the mind should be based on a knowledge of the anatomy and physiology of these organs.

The author also discusses the importance of the study of the mind in the development of the individual, and the role of the mind in the formation of the social order. He argues that the mind is a complex system of organs, and that the study of the mind should be based on a knowledge of the anatomy and physiology of these organs.

The author also discusses the importance of the study of the mind in the development of the individual, and the role of the mind in the formation of the social order. He argues that the mind is a complex system of organs, and that the study of the mind should be based on a knowledge of the anatomy and physiology of these organs.

